quorum interest universis et singulis. Quia Nos
habito respectu meritorum Generosi Antonij Ka-
walski faciendum esse duximus, ut Ipsi advocatiam
in Villa Nostra Sielce in Palatinatu Ravens Terra
Gostinens sitâ et jacens mõdo quocunq; vacans et
ad dispositionem Nostram Regiam devolutam,
de manibus modernorum nullo Jure possessorum
eximendi seu quavis alia via Juris in Suam possessio-
nem vindicandi facultatem daremus et concedere-
mus. Prout quidem damus et concedimus presen-
tibus Literis Nostris. Quam quidem advoca-
tiam idem Generosus Antonius Kawalski cum

omnibus

omnibus Iredyis, Curijs, edificijs, Structuris agris pra-
tis campis Fundis Hortis Romanijs Sylvis Nemo-
ribus Mellificijs Stagnis piscinis Fluvijs molendi-
nis Tabernis Subditis, hortulanis, Inquilinis eorum
laboribus censibus dationibus commodis et emolu-
mentis alijsq in Universum attinentijs et pertinen-
tijs ad eandem advocatiam antiquitus spectantibus
tenebit habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ
tempora. Promittimus autem pro Nobis et Se-
renissimis Successoribus Nostris non esse Nos Se-
renissimosq Successores Nostros, abusu et pauisti-
ca prædictæ advocatiæ possessione, prefatum Gene-
rosum Antonium Kawulski amoturos, nec amo-
vendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum
et integrum Jus advitalitiale eidem conservaturos,
quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt.
Post decessum vero dicti Generosi Antonij Kawul-
ski non prius Successores illius de præfata ad-
vocatia cedere debebunt donec Summa in repara-
tionem ejusdem per ipsum erogata in Literis Or-
ginalibus expressa, vel ex Taxa Commissariorum
Nostrorum proveniens Ipsis persoluta fuerit. Ju-
ribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq Ro-
mano Catholicæ Salvis manentibus. In quorum
fidem præsentes manu Nostra subscriptas, Si-
gillo Regni communiri iussimus. Dato Varsaviæ
Die Vigesima Mensis Julij Anno Domini
MDCCLXO. Regni vero Nostri XXI Anno

Comemus

Consensus eximendi advocatiam in villa Siolce in Palatinatu Ravens terra Jostinens sitt de manibus modernorum nullo jure possessorum Generoso Antonio Kawulski datur. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Regni. Adalbertus Lakowski S. R. M. Sigilli Majoris Regni Secretarius Cum ejusmodi Literas Originales Consensus superscriptas, sic ut premissum per oblatam porrectas, Nos ad acta præsentia suscipi insenibi, et eas ejusdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus offerenti restitui: de quo recepto cancellariam quietavit quietatas præsentibus permisimus In quorum fidem &. Actum ut Supra

Actum Varsaviæ Feria Secunda post Festum Sancti Petri ad Vincula proxima Die scilicet Quintâ Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Quarto Regni vero Nostri XXI Anno

Ad Relationem Ejusdem Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi Domini Prosanellazij Regni.

Roborant certum Contractum Magnificus Petrus Sapiecha Palatinus Smolēsc. et

et

et Rndmus in Christo Pater Dominus Adamus
Ignatius Komorowski Archieppus Gnesnene
Augustus Sextus &
Significamus & Quod coram Nobis, præsentibus Metis
ces Regni Cancellarie Nostre Minoris Comparentes
personaliter Magnificus Petrus Comes in Lacho-
wice Sapiesha Palatinus Smolenscene, Idzitoviene
Sokolovieneq; & Capitaneus Marschalcus Tribunalis
Regni Lublinene ex una, et Reverendissimus in Chri-
sto Pater Dominus Adamus Ignatius Komorowski
Archieppiscopus Gnesnensis, Legatus Natus, Pri-
mas Primusq; Princeps Regni Poloniæ et Magni
Ducatus Lithuaniæ ex altera partibus, agentes, sa-
ni mentibus et corporibus existentes Recedendo a
Foro Terris et Jurisdictionibus suis, quibuscis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostre Regie quo ad infra-
scripta recognoscenda attinet, se se Subjiciendo et
incorporando palam libere ac benevole Regyne-
verunt et Quisque Illorum suo pro interesse Re-
cognovit, Quod Ipsi contractum certum inter se
Recognoscentes hic Varsaviæ die hodierna in Actu
contenta conscriptum, manibus sui Recognoscen-
tium subscriptum Vadiisq; centum et decem Mil-
lium Florenorum Polonicalium firmatum, in Om-
nibus ejusdem puncti, Clausulis Articulis Condi-
tionibus et ligamentis in ibidem expressis approbā-
runt, Confirmārunt roborārunt et ratificārunt
prout quidem per præsentem suam ad Acta hæc

Comparitionem

Comparitionem, approbant, confirmant roborant
et ratificant eidemq; Contractui in omnibus et
singulis stare parere et plenarie satisfacere se
se inscribunt et obligant, Jdq; sub vadio similis
summe Centum et decem Millium Florenorum
Polonicalium in casum contraventionis per par-
tem parti contractum predictum tenendo, irremis-
sibiliter exsolvendo. Pro quo quidem Vadio Citatus
existem coram Officio Castrensi Sendomiriensi vel
Radomiensi semotis omnibus Juris diffugijs perem-
ptorie respondebit Hac eorum personali Recogni-
tione ad premissa mediante Pro majori vero fir-
mitate manibus propriis se se subscripserunt S.S.a-
pricha Palatio Smolen. Mag. Trib. Regij Adam Jgn.
Komorowski Archippus Gnesnens. Primas Regnique
Quam ejusmodi Inscriptionem Roborationem sic
ut premissum fatam et Recognitam Nos firmam
ac de Jure validam habere volentes eandem ad
Acta presentia suscipi inscribi et ex ejsdem fideli-
ter descripto parti postulanti authentice extradi
permittimus In quorum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Quar-
ta ante Festum Sancti Lau-
rentij Martyris proxime
Die scilicet Septima Men-
sis Augusti Anno Domi-
ni Millesimo Septingen-
tesimo Quinquagesimo
Quarto

Quarto Regni Nostri XXI.
Anno.

Ad eandem Relationem Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi Domini Procancellarij Regni.

Oblata Privilegij Incorporationis Ecclesie Bolemoviene Collegio Vicariorum Ecclesie Metropolitane Gnesnene.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Oblatas esse ad acta presentie Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris Literas Originales Pargamenceas, manu Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis Polonie subscriptas, et Sigillo pensili Minoris Cancellarie Regni communitas sanas, salvas et illesas omnique suspitionis nota carentes. Tenoris sequentis Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie & Dominus et Hæres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis, harum notitiam habituris. Quod cum Nos ante pauca retroactis annis, Zelo augendi cultus Divini in Sancta Metropolitana Gnesnene Ecclesia Ecclesiarumque Regni Nostri Principe Collegio Vicariorum ejusdem Ecclesie et illius Organa ad Divine Laudis incrementum

pro

pro Nostra atq; Regni Nostri incolumitate, eo crebri-
us et vehementius in ipsa Ecclesia perstreperent,
quo illis esset munificentia Nostra liberalius sub-
ventum Parochialem Ecclesiam in Bolemow in
Archidiacesi Inesnens consistens Juris Patrona-
tus Nostri Regij quatenus quondam Daniel
Zaremba possidebat si prout Nos ex parte Juris
patronatus concernebat si univeramus adjun-
xeramus, annexeramus, incorporaveramus, seu
alias Ipsam authoritate Ecclesiastica, per Reve-
rendissimum Dominum Inesnensem Archiepis-
copum Loci Ordinarium vel alium ad id potesta-
tem habentem, adjungen unjen annectens et in-
corporans ipsiq; Collegio adhabens, tenens, possiden-
tendum, fruendum ac proventus ipsius in uti-
litatem eorum convertens, in eterna tempora
tradens et consignans vel tradi vel consignari
mandans commiseramus, assenseramus et consen-
seramus, aliasq; et alia feceramus prout in Literis
Nostris desuper confectis latius continetur. Quem
ad modum etiam per Reverendissimum Dominum
Archiepiscopum prolibatum adjuncta, unita anne-
xa incorporata et tradita Ecclesia predicta atq; etiam
certa extraordinaria Officiorum et onerum Divinorum
in ipsa Ecclesia obeundorum et perferendorum for-
mula Ordinata prescripta, ac unus Vicarius per-
petuus Confrater ex gremio Vicariorum prefa-

Eorum

lorum in Ecclesia Parochiali prædicta per quos con-
grue supplerentur illius onera consueta, et animarum
cura illi incumbens debite perferretur creatus et con-
stitutus existit, Unionem, Annexionem, incorporatio-
nem, traditionem prescriptionem, creationem et con
stitutionem, ac alia Omnia et Singula suprascripta
et inde secuta quæcunq; perpetuis futuris tempori-
bus valitura etiam præsentium munimine appro-
bamus, confirmamus et ratificamus, Ipsumq; so-
lum Collegium Vicariorum Ecclesiæ Metropolitanæ
Pragensis, et non alium quemcunq; cujuscunq; gradus
et Conditionis existat, ad ipsam Ecclesiam Parochia-
lem et in ea legitimum et verum si a tempore adjun-
ctionis, Unionis, incorporationis Nostrarq;, ac etiam
Reverendissimi Domini Archiepiscopi, necnon
traditionis Ordinationis, prescriptionis creationis
et Conditionis predictarum jus habuisse et in poste-
rum habere posse declaramus et decernimus, ita ut
rum vivum robur literarum predictarum, eis per nos con-
cessarum ad perpetua tempora, nullis tam concessis,
quam concedendis à Nobis et Successoribus Nostris
Literis, perfractum esse censeri possit, aut queat, quo-
quo modo perstringi, et eis nulla unquam ratione, etiamsi
earum tenor exprimeretur et de verbo ad verbum in-
sereretur, quibusvis Literis per nos et Successores
predictos possit derogari. In cujus rei testimonium
Sigillum

Oblata

Sigillum Nostrum præsentibus appendi jussimus.
Datũ Varsoviæ in Conventu Generali Regni Die
Quintâ Mensis Julij Annõ Domini Millesimõ
Quingentesimõ Septuagesimõ. Regni vero Nostri
Annõ Quadragesimõ Primõ. Sigismundus Augu-
stus Rex. Locus Sigilli pensilis. Quas ejusmodi
Literas Originales pargameneas, sicut præmis-
sum per Oblatam porrectas Nos ad Acta præsen-
tia suscipi inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptas
parti postulanti authenticè extradi Originale ver-
sus Offerenti restitui: de quo recepto Cancellarian
quietavit quietatq; præsentibus: permisimus In quo-
rum fidem &c. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Quin-
ta post Festum Sancti Bar-
tholomei Apostoli proximã
Die silicet Vigesimã Octa-
vã Mensis Augusti, Annõ
Domini Millesimõ Septin-
gentesimo Quinquagesimo
Quartõ Regni vero Nostri
Anno XXI.

Ad Relationem Ejusdem Illustrissi-
mi Excellentissimi et Reverendissi-
mi Domini Procancellarij Regni

Oblata Libertationis Domus Lapide-
famati

Famati Joannis Fidelski Civis Mercatoris Antiquæ Varsaviæ in Platea Fretta sitæ. ab excipiendis ex Officio Hospitibus

Augustus Tertius &

Significamus & Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas Originales papyreas manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Minori Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas Omnique suspitionis Nota carentes continentes in se Libertationem Domus Lapideæ Famati Joannis Fidelski Civis Mercatoris Antiquæ Varsaviæ propriæ Tenoris sequentis Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæque nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod cum Famatus Joannes Fidelski Civis Mercator Civitatis Nostræ antiquæ Varsaviæ humiliter Nobis exponi fecerit qualiter ipse Domum suam propriam in platea Fretta nuncupata, versus portam Nowomiejska dictam, penes Cimeterium Ecclesiæ PP. Dominicanorum ab una

et

et Famati Arcelaski parte ab altera citam, et iacen-
tem, tam pro decore Urbis hujus, quàm providendo
Majori securitati Vicine Domus Dei, ac sui obse-
quenter hisce temporibus grassantem ignis flam-
mam, ex muro seu cocto latere reedificaverit, sumptyq
non modicos in constructionem ejusdem Domus lapi-
dei sustinuerit, Volentesq Cetoros Cives et Incolas
ad similem Civitatis decorem per Domuum Construc-
tiones allicere, ijsq stimulum addere, singularem
respectum sumptuum ipsius habentes, Interpositio-
nibusq quorundam Consilianorum, pro eo ad nos
factis benigne annuentes, ut per ex-edificationem et
reparationem ejusdem Domus Contributiones et
Onera, tam publica quam privata post hac ex eadem
exsolvi possent, ac quo facilius et commodius perfici
queant ex plenitudine potestatis Nostre Regie, can-
dem domum lapideam supra de situ descriptam,
ab omnibus generaliter stationibus Hospitum, vul-
go Soccia ex Officio Nobis et Aule Nostre vel Reipubli-
ce ex antiquo in illo loco, ubi edificata predicta Do-
mus servientibus, eximendam et libertandam esse
duximus, prout quidem autheritate Nostra Regia exi-
imus et libertamus, seu liberam facimus hisce
Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, pra-
sertim vero Magnificis Mareschalis Regni et Ma-
gni Ducatus Lith ac Distributoribus Hospitio-

rum

rum Nostrorum, et eorundem subalternis, nec non Judicijs et Officijs Terrestri Castrensi et Civili Varsaviensibus notum esse volentes mandamus, ut supra fatam Domum modo dicto constructam, illiusq; Possessores, circa hanc libertatem invicem labiter conservent, conservariq ab omnibus curent; Pro gratia Nostra In cujus rei fidem praesentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviae Die XII Mensis Julij Annô Domini MDCCLIV. Regni vero Nostri XX. Annô. Libertatis Domus Lapideae Famati Joannis Fidelski Civis Novae Antiquae Varsaviae propriae in Platea Fretta sitae, ab excipiendis ex Officio hospitibus. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Regni Joannes Klopowski Canonicus Cathedralis Premisliens Scae Regiae Majestatis Sigilli Regni Secretarius Quas ejusmodi Literas sic ut premissum per Oblatam praesentes ad Acta praesentia suscipi inscribi ex exijdem fideliter descriptas. Partipostulanti authentice extradi, Originale vero rursus Offerenti restitui ji de quo recepto Cancellariam quietavit ji permisimus In quorum fidem &

Actum ut Sup

Oblata Certa Reversalis per Venerabilem Joannem Klopowski Scae Regiae Majestatis

et

et Sigilli Minoris Regni Secretarium
Dati.
Augustus Tertius &
Significamus &. Oblatas esse ad Acta praesen-
tia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
noris Literas Infrascriptas manu Venerabilis
Joannis Kleszowski Metricis et Sigilli Minoris
Regni Secretarij sub=scriptas Tenoris sequen-
Papiery ktore się daią. Do Kancellaryi Koronney Pieczę-
ci mieyszey 1mo J. K. Wielicznestwa y Rzeczypospo-
litey Polskiey Ablegatowi W. X. Lit. Obozniemu W. Pa-
nu Oginskiemu, na uczynione przez Nieyp. Remonstra-
cye Respons po Ruskú y po Polsku sub Litera A.
2do Extrakt ex relatis do Wielkolutskiey Prowincyalney
Kancellaryi Anno 1743. wioleney od sciany Lite-
wskiey popetnionych Item Extrakt ex relatis Ru-
skiey Guberny o podobnych ze Wioleneyach po
Polsku y po Ruskú sub Litera B. 3tio Wielizen-
stwa Polskiego Ablegatowi JMPanu Oginskiemu
Obozniemu W. X. Lit. na memoryały Jego 1743. po-
dane, takze po Polsku y po Ruskú sub Litera C.
4to Item podobny Respons Temuż samemu na
rożne Jego memoryały po Polsku y Ruskú sub Li-
tera D. 5to Temuż JMPanu Ablegatowi permo-
dum Responsu Reprezentuią się od Dworu Ge-
sijskiego wioleneye Dyzunitom w Lodzcze y Li-
tuie poczynione po Ruskú y po Polsku sub Lite-

ra

na E. 6to Nowe Skargi na Krzywdy Religiey
Dyzunickiey w Polszcze y Litwie poczynione sub
Litera F po Polsku y Rusku 7mo Extrakt ex re-
lato z Ryskiego Jeneralnego Gubernamentu 1743.
względem Exercyi Religionis Catholicæ w Rydze
y po innych Miastach respons po Polsku y Rusku
sub Litera I. 8vo Relatum ex Collegio Cudzoziem-
skich spraw od Kommissyi pogranicznej uczynio-
nej z Mataryppijskiey strony po Rusku y po Pol-
sku sub Litera H. 9no Extrakt z Supliki Nowogrod-
skiego Dworzanina Borysa Szablikina względem
zbiegłych w Granice Litewskie poddanych po Pol-
sku y po Rusku sub Litera I. 10mo Kopia Supplik-
ki Powiatu Halickiego Skitskiego Pustynnego Mo-
nasteru z Skargami innym Dizunitom podobne-
mi po Polsku y Rusku sub Litera K. 11mo Extrakt
z Supplik Rossyiskiego Poddanego Woronieckiego
Kupca Michała Sachatowa o zabrany mu Towar
na drodze przez Niejakiego Halickiego w Litwie,
gdzie Sobie Tenże Kupiec na Tysiąc Siedmdziesiąt
pięć Rublow szkody taxuie po Polsku y Rusku sub
Litera L. 12mo Supplika Miasta Rygi do Carowey
w Ktorey rożne skargi na wielenye Polskie po Pol-
sku y Rusku sub Litera M. 13tio Respons od Mi-
nisterium Rossyiskiego, raizey od Carowey Jmci
na Expostulacyą o uwolnienie Gratha Girona

po-

po Polsku y po Ruska sub Litera N. 14to Relacyi
z Sybiru o przybyciu y smierci Advocata Andre
po Ruska y po Polsku pod litera O 15to Rela-
cyi Gubernatora Jenerała Kijowskiego y raczey ex-
kuza Poddanych Rossyiskich względem zabranych
gwałtownie gruntow do Starostwa Homelskie-
go po Polsku y po Ruska sub Litera P. 16to
Extrakt z supplikii Rossyiskich Kupcow mieszka-
iących w Miastach Smolensku Dorochobyzu
w Wiazmie zkarzących się na aggrawacye y
depaktacye wielkie, gdy przez Dźwinę
płyną do Ryki po Polsku y Ruska sub Litera Q
17mo Inkwizycya z Czarnotuskim Kozakiem
o granicę między wsią Chwoiewem y Starem
Jurkowicami na Pograniczu Powiatu Rzeczyckie-
go po Ruska. 18vo Skarga Kupcow Moskiewskich
przeciwko JPanu Janowi Samsonowi Jablono-
wskiemu Staroscie Pronskiemu o zabranie To-
warow na drodze 19no Kopia listu od Metro-
polity Kijowskiego skarzącego się ze Cuperskii Mo-
nastyr alias Nowodworski Dyzunicki odebra-
no y Manifest w tey sprawie w Pinsku zanie-
siony przy Kopij listu iest wyrazony 20mo Ko-
pia listu do Kijowskiego Metropolity z Minska
od tamecznego Bractwa praw Rossyiskiego wy-
znawania wiary względem roznych krzywd
y prześladowania wiary Dyzunickiey. 21mo Sup-
plika od Episkopa Białoruskiego do Synodu Mo
skiewskiego

skiewskiego względem zabranych Cerkwi Schi-
zmatyckich, y na unią nawroconych 22^do^ Kopia
ukazu dla ustąpienia z granic Polskich Forpostow
w granice Rossyiskie 23^tio^ Reprezentacya od Jenera-
ła Gubernatora Kijowskiego na Inkursye Haydama-
ckie w Polski kray wpadaiące do Dworu Rossyi-
skiego przesłana 24^to^ w Osobnym paliuszku zwią
zanym znayduią się te Papiery 1^mo^ Paszport
od Króla Jmci Urodzonemu Oginskiemu Obo-
znemu W.X Lit^ego^ ablegatowi do Carowey Jmci
2^do^ Instrukcya Temuż ablegatowi dana 3^tio^ In-
strukcya Sekretna Temuż Ablegatowi dana 4^to^
Supplement do Instrukcyi Temuż wszystko w Ory-
ginałach z podpisami z pieczęciami 5^to^ Drugi
supplement do Instrukcyi Temuż 6^to^ W tym
że Pakieciku extat Extrakt deklaracyi Carowey
Jmci przez Urodzonego Oginskiego Obozneg
przysłany 1746. 7^mo^ kopia Kapell skryptu Kro-
lewskiego na rewokowanie Jmci Pana Oginskie-
go Ablegata do Carowey Jmci 8^vo^ Kopia kreden-
su Temuż Urodzonemu Ablegatowi od Króla Jmci.
Te papiery wzwyż specyfikowane iakom odebrał
dla JW Jmci Xdza Podkanclerzego Koronnego ze-
znaię y na to się własną podpisuię ręką Datt
w Warszawie d 10 Augusti 1754. Anno X. Jan
Kłosowski Skmci Pieczęci mniejszey Koronney
Sekretarz

Sekretarz my Quas ejusmodi Literas sic ut premis-
sum per Oblatam porrectas, Nos ad acta presen-
tia susci pi inscribi et ex ejsdem fideliter descriptâ
parti postulanti authentice extradi Originale verò
rursus Oferenti restitui si de quo recepto Cancella-
riam quietavit quietatq; presentibus. I permisi-
mus In quorum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Quar-
tâ ante Festum Nativitatis
Beatissimæ Mariæ Virginis
proxima, Die scilicet Quar-
ta Mensis Septembris An-
no Domini Millesimo Se-
ptingentesimô Quinquage-
simo Quarto Regni Ve-
stri Annô XXI.

Ad cujus Relationem Illustrissi-
mi et Reverendissimi Procancella-
rij Regni

Oblata Privilegij super Bona Schenwalde
cum attinentijs ad Economiam Rogoznen
spectans Generosis Dominico Wolffgango
Baroni de Stain S.R. Mtis Camera-
rio et Vice Colonello et Carolinæ de Ber-
lepsch Conjugibus serviens
Augustus Tertius &
Significamus &: Oblatas esse ad acta presentia

Metrices

Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Litteras Originales papyreas Privilegij infrascripti, manu nostra Regia subscriptas et Sigillo Minori Regni communitas sanas, salvas, et illesas Omnigq suspitionis nota carentes Tenoris sequentis Augustus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenskiæ Severiæ Czerniechoviæq nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis Quibus Licet quidem Bona Nostra Schonwald dicta ad Economiam Nostram Rogosinensem spectantia, tanquam avulsa post Fata Generosi Petri Kiszewski, Stanislaviensis Capitanei, eidem Œconomiæ rursus reunire, et incorporari mandavimus et ordinavimus, Nihilominus habita ratione meritorum Generosi Dominici Volffgangi Baronis de Stain Camerarij et Vice Colonelli Nostri, tum ex alijs certis rationibus, animum Nostrum permoventibus faciendum esse duximus ut Ipsi prædicta Bona Schonwald, pertinentiasq eorum, Villam Jankowice Blonowo et Wydrzno daremus et conferremus, prout quidem illi Conjugi ejus

Legitimæ

legitimæ Generosæ Carolinæ de Berlepsk damus
et conferimus præsentibus Literis Nostris. Quæ
quidem Bona fidem Generosi Dominicus Wolff-
gan Baro de Stain et Consors ejus Carolina
de Berlepsk cum omnibus prædijs, fundis, agris
pratis, Campis, pascuis, Sylvis, Nemoribus, lacu-
bus stagnis, piscinis, fluvijs, Fluminibus, Molen-
dinis, Tabernis, Curijs, ædificijs, Subditis, Inquili-
nis, eorumq; laboribus Censibus proventibus
commodis et utilitatibus, attinentijsq; et perti-
nentijs generaliter universis ex antiquitus
spectantibus nullis plane exceptis ambo in so-
lidum tenebunt habebunt et possidebunt ad
extrema vitæ eorum tempora promittimus
autem pro Nobis et Serenissimis Successori-
bus Nostris non esse nos Serenissimosq; Suc-
cessores Nostros prædictos Generosos Baronem
de Stain Conjuges ab usu et pacifica possessio-
ne memoratorum Bonorum Schonwaldano-
turos aut alienaturos neq; amovendi aut alie-
nandi potestatem eripiam daturos, quod et
Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Da-
tione cujus advitalitatis in recognitionem
Dominij Nostri low census annui Viginti Flo-
renos bonæ Rauthenicæ monetæ ad arcem
Nostram Loggsinensem quotannis pro Fe-

sto

sto Sancti Martini inferre, tum solitam quar-
tam Proventuum Partem, Thesauro Regni solve-
re tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus Rei-
publicæ Ecclesiæq Romano Catholicæ salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsentes ma-
nu Nostra subscriptas Sigillo Regni commu-
niri jussimus. Datum Varsaviæ Die XIV.
Mensis Augusti Anno Domini MDCCLIV.
Regni vero Nostri XXI Annô. Bona Schon-
wald cum attinentijs ad Œconomiam Roggi-
nensem spectantia Generosis Dominico Wolff-
gango Baroni de Stain Sæ Rae Mtis Came-
rario et Vice colonello et Carolinæ de Berlepsk
Conjugibus ad vitæ tempora conferuntur. Au-
gustus Rex. Louis Sigilli Minoris Regni
Joannes Kossowski Canonicus Cathedralis Pre-
misliens Sæ Rae Mtis Sigilli Regni Secre-
tarius Mp. Quas ejusmodi Literas originales
papyreas Privilegij suprascripti sic ut pre-
missum per Oblatam porrectas Nos ad acta
præsentia suscipi inscribi et ex ijsdem fide-
liter descriptas Parti postulanti authenticæ
extradi, Originale verò rursus Offerenti re-
stitui si de quo recepto Cancellariam quie-
tavit quietatq præsentibus jussimus
In quorum fidem &. Actum ut Sup.

Actum Varsaviæ Feriâ
Sextâ in Vigilia Festi San-
cti Mathei Apostoli Die
scilicet Vigesima mensis
Septembris Anno Do-
mini Millesimo Septin-
gentesimo Quinquage-
simo Quartò Regni
verò Nostri XXI An-
nô.

Ad Relationem Illustrissimi
Excellmi et Reverendissimi Do-
mini Michaelis Comitis de Gra-
now Wodzicki Decani cathe-
dralis Cracoviens Abbatis Commenda-
tarij Czervenens et clara Tum-
ba mogilnens Cancellarij
Regni.

Ordinant Specialem Plenipotentem
Magnifici Henricum Comes de Rüe-
zyno Brühl Generalis Artilleriæ
Regni et Maria Anna Comitissa de Cello-
wraty Conjuges.
Augustus Tertius &.
Significamus &. Quòd coram actis presenti-
bus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
nonis Comparentes personaliter Magnifici
Henricus

Henricus Comes de Ocieszyno Bruhl Generalis Artilleriæ Regni, Supremus S.æ Reg.is Mtis Minister et Maria Anna Comitissa de Kolloura-ty Conjuges Bolemovienses, Plonenses Piasecenses ac Capinoscenses &. Capitanei Maritus quidem per se, Consors vero in Assistentia Ejusdem Magnifici Mariti sui, uti Tutoris Conjugalis, sani mentibus et Corporibus existentes, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscuis propriis. huic autem Jurisdictioni Nostræ Legiæ quo ad infrascripta Recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole Recognoverunt. Quia Ipsi Generosum Josephum Jerowski Majorem S.æ Reg.is Mtis suæq. Recognoscentium Bonorum Tractus Sieradoviensis et aliorum Hereditariorum in Palatinatu Posnaniensi, et aliis Palatinatibus consistentium Generalem suum Commissarium in suum verum Legitimum Specialemq. Plenipotentem faciunt, constituunt, inscribunt et ordinant Dantes et Concedentes ipsi plenariam facultatem, et omnimodam absolutamq. potestatem, causas suas generaliter omnes et singulas, cum quibuscuis personis occasione cujuscuis negotij, tam ex Actoratibus suorum

Recognoscere

Recognoscentium, quam ex reatibus institutas
vel instituendas, in omni Judicio et Officio Re-
gni, Majoris Minorisve Subselij, habitas et
habendas promovendi, defendendi, Juramen-
ta attentandi, poenas Judiciarias levandi de
levatis et perceptis quietandi, Intromissiones
in Bona apprehendendi, Executiones Urgen-
di et attentandi, Citationes pro cassandis con-
demnationibus editas, vel edendas coram Actis
Authenticis Regni nomine suorum Recogno-
scentium approbandi, alios Plenipotentes in
locum sui, cum tali vel limitata facultate no-
mine suorum Recognoscentium constituen-
di et inscribendi Contractus quosvis et com-
planationes, cum quibusvis Personis occa-
sione quorumvis negotiorum et Bonorum
nomine suorum Recognoscentium conscri-
bendi et ineundi, Actis publicis roborandi, Bo-
na Nicchanoiu cum attinentijs post sub-
secutam Redonationem suorum Recogno-
scentium hereditaria, pro constituto add-
quato pretio Officiose resignandi, Summam
pro pretio eorundem Bonorum levandi
et percipiendi de levata et percepta quietan-
di, Submissiones nomine suorum Recogno-
scentium in ordine approbationis si necessi-
tas

tas postulaverit, nec non compromissa insen=
bendi ac nihilominus Contractum Resigna=
tionis occasione Bonorum Niechanow cum
attinentijs et Ocieszyn itidem cum attinentijs
commutationis subsecutum, inter se Recogno=
scentes ab una, atq Generosum Josephum Gro=
dzicki hii Varsaviæ Die Decimâ Septimâ
mensis Septembris, anno ad presens cur=
rente 1754 parte ab altera initum et con=
scriptum, Actis Castrensibus Capitaneali=
bus Varsaviensibus Sabbatho post Festum
Assumptionis in Celum Gloriosissimæ Virgi=
nis Mariæ, Anno itidem ad presens Curren=
ti roboratum, cum ejus Contentis Vadijs et
Ligamentis atq roboratione Suprádicta ejus=
dem Contractus Bonorum Supradictorum
Commutationis, mutuo dabinvicem, cum eodem
Generoso Grodzicki, obrationem nondum ad=
impletarum ejusdem Contractus conditio=
rum et intercedentis occasione differentia=
rum Granitialium Litis, Necessariæq Jura=
toriæ personalis Comparitionis, cassandi
et annihilandi, ac de eodem Contractu quie=
tandi, Redonationem Bonorum Niechanow
cum attinentijs ab eodem Generoso Josepho
Grodzicki, in rem et personam suorum Reco=

gnoscentium

gnoscentium Iurisdatorum ejus Officiose Re-
cognoscendam attentandi, et pro eadem sub-
sequenda instandi, ac simul reciproce cum
Parata Tuitione et evictione "nomine" suorum Reco-
gnoscentium, retro Resignationem seu Re-
donationem Bonorum Ociesczyn cum atti-
nentijs in rem et personam ejusdem Je-
neresi Rodzicki suorum Recognoscentium
Iurisdatoris, Officiose faciendi et Recogno-
scendi Aliosq; actus Officiosos, si qui respe-
ctu dictorum Bonorum Commutatorum
interc[illegible]serant, una cum Intromissionibus
inquantum accepta sunt, itidem mutuo,
et ab invicem, cum eodem Jeneroso Rodzi-
cki, tollendi cassandi, ac de eisdem quietan-
di Summam Ducentorum aureorum Hun-
garicalium per supra dictum Jeneroseum
Rodzicki, in vim Doni alias Rękawiczne-
go, à se Recognoscentibus levatam et acce-
ptam, ab eodem Jeneroso Rodzicki recipi-
endi et levandi de recepta et levata quie-
tandi, Scriptum seu Assignationem, super
Summam Viginti Imillium Florenorum Po-
lonicalium ad complementum Constituti
pretij Centum Sexaginta millium Flore-
norum Polonicalium Bonorum Ociesczyn

cum

cum attinentijs exsolvendam per se Recogno-
scentes, eidem Generoso Josepho Prodzicki da-
tum rehabendi de eodem scripto et arboratio-
ne ejus si interfuerat Quietationem ab
eodem Generoso Prodzicki obtinendi et urgen-
di, Caterag munia et Officia pro exigentia
Causarum et opportunitate negotiorum in-
terveniendi, verum legitimum specialemg
Plenipotentem concernentia, peragendi et
exequendi. Promittentes Idem Recognoscen-
tes quid quid per eundem Generosum Jerowski
suorum Recognoscentium Specialem Plenipo-
tentem, Juridice, rite, ac legitime, factum, ge-
stum Constitutumve fuerit, se pro rato grato
firmo ac valido suscepturos, idg sub vadio
Centum Sexaginta millium Florenorum
Polonicalium a se Recognoscentibus Succes-
sonibusg suis in casu Contravention is se-
motis Omnibus Juris diffugijs et Fori excep-
tione, coram Officio Castrensi Posnanien-
si vindicando. Quam quidem Plenipoten-
tiam Idem Magnifici Recognoscentes ad
Triennium duraturam, roburg et valorem
suum habituram presentibus volunt et de-
clarant. His suis personalibus Recognitioni-
bus ad premissa mediantibus. Pro majori

vero

vero firmitate manibus propriis se se subscripserunt Henricus Comes de Bruhl Maria Anna Comtesse de Bruhl nee Comtesse de Kallowraty Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factam et Recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia suscipi inscribi ex ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem &c Actum

ut Sup

Actum Varsaviæ Feria Quintâ ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proximâ, Die scilicet Vigesimâ Sextâ Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Quarto Regni vero Nostri Ao XXI.

Ad eandem Relationem Illustrissimi Excellsmi et Rmi Procancellarij Regni

Roborant Certum Contractum Magnificus Antonius Sacri Romani Imperij Princeps Lubomirski Palatinus

tinus Lublinenę ex una, et Generosus Anto-
nius Dłużewski Vexilliferides Chełmensis
partibus ex altera.
Augustus Tertius &
Significamus & Quòd coram Actis præsentibus
Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris com-
parentes personaliter Magnificus Antonius An-
tonius Comes in Wisnicz et Jarosław Sacri
Romani Imperij Princeps Lubomirski Pala-
tinus Lublinenę ex una, et Generosus Antonius
Dłużewski Vexilliferides Chełmenę partibus ex
altera agentes, sani mentibus et corporibus existentes
recedendo a foro, terris et Jurisdictionibus suis
quibusvis proprijs huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ, quoad infrascripta Recognoscenda
attinet, se se subijcienę et incorporanę palam li-
bere, ac benevole Recognoverunt, et quisq; illorum
suo pro interesse Recognovit. Quia ipsi Contra-
ctum certum intuitu Resignationis Bonorum
Nowosielice cum attinentijs in Terra Premi-
sliensi sitæ et jacenę inter se Recognoscentes
hic Varsaviæ Die 25 Mensis Septembris
Anno ad præsens currenti 1754. conscriptum,
manibus suis subscriptum, vadiogę Centum
septendecem millium firmatum, in omnibus
ejusdem

ejusdem Contractûs punctis, Clausulis, arti-
culis Conditionibus et ligamentis inibidem
expressis approbârunt, confirmârunt, robo-
rarunt & ratificarunt, prout quidem per
presentem suam ad Acta hâc Comparitionem
approbant Confirmant roborant et ratificant,
eidemq; Contractui in Omnibus et Singulis
stare, parere, et plenarie satisfacere se se
inscribunt et obligant, & q; sub vadio si-
milis Summæ Centum Septemdecem millium
in Casum Contraventionis per Partem Parti
contractum prædictum tenenti irremissibili-
ter exsolvendo. Pro que quidem vadio fideu
Recognoscente Forum sibi ubiquinamum
seu Tribunalis Regni Petricoviensis pre-
cisis omnibûs Dilationibûs Protellationibûs
et Beneficijs quibûsvis Juris ad respon-
dendum eligunt & assignant. Hac eorum
personali Recognitione ad premissa medi-
ante, alias in forma Inscriptionis roborato-
rie, de Jure plenissima firmissima et
perfectissima pro Minori vero firmitate
manibus propriis se se subscripserunt
A Lubomirski W.L. Antonius Dtuzewski
m.p. Quam ejusmodi Inscriptionem Rebo-

ratoriam

ratoriam sic ut premissum factam et Recognitam Nos firmam ac de Jure validam habere volentes, eandem ad acta presentia suscipi inscribi et ex ijsdem fideliter descripto Parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem &c. Actum ut Supra

Inscribit Specialem Plenipotentem Admodum Reverendus in Christo Pater Dominus Andreas Stanislaus Kostka Zatuski Episcopus Cracovien: Dux &c. &c.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram actis presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Admodum Reverendus in Xto Pater Dominus Andreas Stanislaus Kostka Comes in Zatuskie Zatuski Episcopus Cracovien: Dux Severiæ sanæ mentis & corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq: propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta Recognoscenda attinet, se se subjiciendo et imperando palam libere ac benevole Recognovit

et præsentibus Recognoscit. Quia ipse ad Cau-
sam et actionem respectu Granitierum in Bo-
na Villa Ruda ad Fractum Uszevienzem Epi-
scopatus Cracoviensis, Possessioni sui Recogno-
scentis subjecta spectanz, et Bona Villarum
Filipowice ac Druszkow intervenientem, in
quovis Judicio et Officio Regni agitandam
promovendam, Granities sive per Decisionem
Judiciariam sive Conventionem et Composi-
tionem amicabilem faciendam, et controver-
sias sopiendas, Venerabilem Martinum La-
skowski Canonicum Sendomiriensem Præ-
positum et Officialem Visliczenz Bonorum
sui Recognoscentis Commissarium Genera-
lem, in suum verum legitimum indubita-
tum, et specialem plenipotentem, inscribit,
eligit constituit et ordinat præsenz, Dans
et concedens eidem speciali Plenipotentiæ,
plenariam facultatem, absolutamq; et omni-
modam potestatem, causam eandem et actio-
nem respectu Controversiarum, occasione
præmissarum Granicierum inter Bona
memorata Ruda, sui Recognoscentis ad Fra-
ctum Uszevienz spectanz et Bona Filipowice
ac Druszkow intervenientium, in quovis Judi-
cio et Officio Regni, tam Terrestri sive Camera-

riali

riali quam Tribunalitio nec non Condescensoriali Terrestri, nomine sui Recognoscere instituendi, promovendi, defendendi, Juretuendi in actu Condescensoriali sive virtute Decreti Tribunalitij aut Terrestris sive vigore alicujus Judicij expediendi, motiones interponendi, Juramenta attentandi, nomine sui Recognoscentis comparendi, Ductus remonstrandi, ac Partis adversæ ductum impugnandi, Fundos controversos defendendi, Manifestationes cum publicationibus faciendi, sive etiam compromissum ad decidendas easdem granities et controversias intervenientes cum Haeredibus et Possessoribus Bonorum villarum Filipowice et Druszkow, seu cum quo venerit, coram Actis authenticis Regni inscribendi, Judicem supremum superarbitrum eligendi et constituendi, facultatemq; ad finalem decisionem faciendandi, Arbitros vocandi, disjudicationem per idem Judicium Compromissoriale attentandi, sive etiam Complanationes Amicabiles cum remonstratione vel aynitione ductus, seu granicierum faciendarum et scopulorum sipandorum, ineundi, ac nomine sui Recognoscentis conscribendi, et subscribendi, Actus

authenticos

authenticos Regni roborandi, Generosos Sue-
camerarios vel camerarios Granitiales ad
scopulos sipandos, sive vigore Decreti Com-
promissorialis, sive vigore combinationis
amicabilis conducendi, sipationem eorun-
dem scopulorum attentandi, aliaq; munia
et Officia omnia vero Plenipotenti et speci-
ali suo de Jure legitime incumbentia per-
agendi et exequendi. Promittens et inscri-
bens se id totum quid quid per Plenipoten-
tem suum prefatum Specialem in premissis
omnibus, actum, gestum, constitutumq; fue-
rit, pro rato firmo et grato susceptorum
manutenturum et approbaturum, non secus
ac si Ipsemet egisset fecisset et constituisset
hac sua Personali Recognitione ad premis-
sa mediante pro majori veri firmitate ma-
nu propria se se subscripsit. Andreas Za-
luski Epus Cracovien Dux Severiensis &c.
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premis-
sum factam et Recognitam nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descriptam parti postulanti authen-
tice extradi permisimus In quorum fi-
dem & Actum ut Sup

Oblata Privilegij super villam Luza
in Palatinatu Russiæ Terra Haliciense
sitam post Fata Generosi Theophili
Jablonowska Vexilliferi Regni viduæ
Generoso Joanni Chrisosthomo Kra-
jewski Instigatori Regni collato.
Augustus Tertius &

Significamus &. Oblatas esse ad acta pre-
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris Literas Originales papyreas Pri-
vilegij infrascripto manu Nostra Regia sub-
scripto et Sigillo Minori Regni communito
sanas salvas et illesas, omnique suspitionis
nota carentes Tenoris sequentis Augustus
Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ
Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ
Podlachiæ Livoniæ Smolenskiæ Severiæ
Czerniechoviæque Necnon Hereditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus
præsentibus Literis Nostris quorum inte-
rest universis et Singulis Quibus nos hab-
ta ratione meritorum Generosi Joannis
Chrisostomi Krajewski Instigatoris Regni
volentesque benevolentiam Nostram Regiam
eidem pro optima erga Nos fide ac pro sin-

gulari

gulari studie data occasione testari, faciendum
esse duximus, ut ipsi villam Luza in Palati-
natu Russie Terra Halicien sitt, et post Fata
Generose Theophile Tablonowska, Vexillifere
Regni Vidue vacanz et ad dispositionem Nostram
Regiam devolutam daremus et conferremus, pro-
ut quidem damus et conferimus hisce Litris
Nostris, ita ut eandem villam Luza cum omni-
bus Predijs, Curijs, edificijs, Molendinis Ta-
bernis agris pratis Campis Sylvis nemoribus
stagnis Piscinis Fluvijs Fluminibus laubus
subditis eorumq, operis et prestationibus re-
ditibus proventibus censibus commodis et
emolumentis attinentijs et pertinentijs ge-
neraliter universis nullis exceptis teneat ha-
beat et possideat ad extrema vite sue tem-
pora. Promittimus autem pro Nobis et Se-
renissimis Successoribus Nostris non esse
nos Serenissimosq, Successores Nostros pre-
fatum Generosum Joannem Chrysosthomu
Krajewski Instigatorem Regni, ab usu et pa-
cifica possessione supradicte ville Luza a-
moturos aut alienaturos neq, amovendi aut
alienandi potestatem cuipiam daturos, sed
salvum et integrum Jus advitalitium Ipsi con-
servaturos. Quod et Serenissimi Successores
Nostri

Nostri prestabunt. Ratione cujus advitalitatis
solitam Proventuum Quartam quotannis ad
Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus
Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq Romano
Catholicæ salvis. In quorum fidem & presentes
manu Nostra subscriptæ Sigillo Regni commu-
nir jussimus Datæ Varsaviæ Die XXIV Men-
sis Septembris anno Domini MDCCLIV Re-
gni vero Nostri XXI anno Villa Luza in Pala-
tinatu Russiæ Terra Halicien sitæ post Fata
Generosæ Theophilæ Sabłonowska Vexillifere
Regni viduæ Generoso Christhemo Joanni
Kraiewski Instigatori Regni confertur Augu-
stus Rex Locus Sigilli Minoris Regni. Joan-
nes Kłosowski Canonicus Cathedralis Premy-
slien Scæ Rmttis Sigilli Regni Secretarius
Quas ejusmodi Literas Papyreas originales pri-
vilejj suprascriptæ sic ut premissum per obla-
tam porrectas Nos ad Acta presentia suscipi
inscribi et ex jidem fideliter descriptæ Parti
postulanti authentice extradi Originale verò
rursus offerenti restitui ji de quo recepto Can-
cellariam quietavit quietatq presentibus ji
permisimus In quorum fidem & actæ ut sup

Actum Varsaviæ Feria Se-
cunda ante Festum San-
cti Lucæ Evangelistæ pro-
xima Die scilicet Decima
Quarta

Quartâ Mensis Octobris
Annô Domini Millesimô
Septingentesimô Quinqua-
gesimô Quartô Regni verô
Nostri Annô XXI.

Ad Relationem Ejusdem Illmi Ex-
cellmi et Rmi Domini Bosan-
cellarij Regni.

Cedit de Predio Grabiny seu Niemiecka
Wola in Terra Nurensi sitô, Generosus
Antonius Dębski Tribunus Tidaizovi-
ens Generoso Martiano Kosciano wits
Augustus Tertius &.

Significamus & Quod coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris
Comparens personaliter Generosus Anto-
nius Dębski Tribunus Tidaizoviens sanus
mente et corpore existens, recedendo à Foro, Ter-
ris et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs
huic autem Jurisdictioni Nostre Regie quo
ad infrascripta Recognoscenda attinet se se subji-
ciendo et interponendo palam, libere, ac bene-
volé Recognovit presentibusq; Recognovit
Quia Ipse in harendo Literis Consensus Nostri
Regij sibi Recognoscenti ad cedendum de Bo-
dio Grabiny seu Niemiecka Wola in Terra
Nurensi sitô per nos benignè concessis, ma-
nu Nostra Regia subscriptis et Sigillo Mi-
nori Regni communitis, ad presens in suo

Originali

Originali illeso exhibito Tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czerniechoviæ, Nec non Hereditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis Consensisse Nos et permisisse consentire et permittere præsentibus Literis Nostris Generoso Antonio Dębski Tribuno Lidaizoviens, ut possit et valeat de Omni et integro Jure suo advitalitio quod ipsi super prædium Grabiny seu Niemiecka Wola in Terra Laurensi sito servit et competit cedere, illudq; in Personam Generosi Martiani Koscianowicz plenarie transferre et transfundere. Quæ quidem cessio Juris q; transfusio postaquam Coram Actis quibusvis Regni authenticis facta et Recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ prævio Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus cessionis in virtute præsentis Consensus Nostri facte, Idem Generosus Martianus Koscianowicz memoratum prædium cum omnibus adificijs agris campis pratis pascuis, Sylvis, Nemoribus, aquis, molendinis, Tabernis, Subditis, censibus, Emolumentis, Commodis, universis q; pertinen

tijs

tijs antiquitus ad idem Prædium spectantibus, nul-
lis exceptis, tenebit, habebit et possidebit ad extre-
ma vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro
Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris non
esse Nos Serenissimosq. Successores nrosq. Prædictum Gene-
rosum Martianum Koscianowicz ab usu et
pacifica Possessione dicti Prædij Grabiny ame-
turos, aut alienaturos nec amovendi aut ali-
enandi, cuipiam potestatem daturos, sed
salvum et integrum Jus advitalitium eiden
conservaturos, quod et Serenissimi Successores
Nostri præstabunt. Juribus Nostris Reipublicæ
et Ecclesiæ Romano Catholicæ Salvis. In quo-
rum fidem præsentes manu Nostra subscri-
ptas Sigillo Regni communiri iussimus
Datum Varsaviæ Die 10 Mensis Octobris
Annô Domini MDCCLIV. Regni verò No-
stri XXI. Anno Consensus vendi de Pre-
dio Grabiny seu Niemiecka Wola in Terra
Nurensi Sitô Jnso Antonio Dębski Tribu-
no Zydaczoviensi in Personam Generosi
Martiani Kosciąnowicz datus. Augustus
Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ
Regni. Joannes Kłossowski Canonicus Ca-
thedralis Premysliens. Sr Regiæ Mtis Sigilli
Regni Secretarius mp Jam ex nunc et de-
facto de omni et integro Jure suo advitali-
tio quod sibi Recognoscenti super memora-
tum Prædium servit et competit, et hucusq.
serviebat et competebat, in Personam Ejus-
dem Dñi Martiani Kosciąnowicz cessit ab-

cessit

scessit et condescendit prout quidem presen-
tibus, tam de prædicta advitalitate, Privilegio
et de juribus suis, quam de ipso Prædio Gra-
biny seu Niemiecka Wola in Terra Nuren-
si sito ædificijs, agris pratis campis, pasuc-
is Sylvis, Nemoribus, aquis, molendinis, Taber-
nis, subditis, censibus, emolumentis, Commo-
dis, universis, pertinentijs antiquitus ad
idem Prædium spectantibus, nullis penitus
exceptis neq; pro se aut quopiam alio reser-
vatis, cedit, condescendit et absredit Omneq;
Jus suum advitalitatem possessionem et
usum fructum in eundem Jum Martia-
num Koscianowicz, transfert et transportat
Intromissionem realem et actualem cum
pacifica possessione per Ministerialem Re-
gni Generalem et duos Nobiles seu alio
quovis Juridico modo quandocunq; voluerit
in prædictum Prædium Grabiny seu Niemie-
cka Wola dandam et conferenq eidem Je-
nerso Martiano Kosciano wicz dat confert
et libere admittit, Datamq et admissam
nec per se nec per quascvis submissas et
subordinatas personas prædicturum
aut impugnaturum, quinimo libere eam-
dem admissurum se se in et super omni-
bus Bonis suis mobilibus et immobilibus
inscribit et obligat. Hac sua Personali Re-
cognitione ad premissa mediante Pro ma-
jori vero firmitate manu propria se sub-
scripsit Antoni Dębski mpp Sigillum ejusmo

di

di Inscriptionem Cessionariam sic ut premissum fuit am et Recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad acta præsentium suscipi inscribi et ex ejsdem fideliter descripto parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem & actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum S. Lucæ Evangelistæ proxima, Dicitur videlicet Vigesimâ Secundâ mensis Octobris Annô Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Quartô Regni vero Nostri Annô XLL.

Ad Relationem ejusdem Illmi Excellmi et Rmi Domini Procancellarij Regni.

Submittit se Generosus Adamus Kalinowski Ensifer Laicoviens Jnos Ignatio Kalinowski Pincerne Haliciensi Fratri suo.

Augustus Tertius &

Significamus & Quòd coram Actis presentibus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personaliter Jnosus Adamus Kalinowski Ensifer Laicoviens sanus mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscuis

propriis

huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad
infrascripta Recognoscenda attinet se se Subji-
ciendo et incorporando gratam libere ac bene-
vole Recognovit et præsentibus Recognoscat.
Quia ipse licet si Rescriptum Revocatorium
Curatoriæ Illius quæ super Persona et Bo-
nis suis ad Instantiam Generosi Ignatij Pi-
cerna Haliciensis Fratris sui germani ex Can-
cellaria Nostra de Anno 1750 promanaverat,
à Nobis in Anno nunc currenti impetraverit,
nihilominus is idem Comparens in virtute ejus-
modi Rescripti, nihilquidquam tam per se quam
alias quasvis Submissas vel subordinatas Per-
sonas via facti cum prædicto Generoso Pin-
cerna Haliciense Fratre suo actaurum, nec ali-
quam ex eo pro hujusmodi Curatoriæ jam
alias per Nos Revocatæ vindictam sumpturum,
quinimo eidem hunc pregressum ob fraternum
erga ipsum amorem remissurum se se sub-
mittit et obligat. Hæc sua Personali Rec-
gnitione ad præmissa mediante Pro majori
verò firmitate manu propria se se sub-
scripsit. Adam Halicnowski m.p. Quam ejusmo-
di Submissionem, sicut præmissum factam
et Recognitam nos ad Acta præsentia susci-
pi, inscribi, et ex ijsdem descriptam parti
postulanti authenticè extradi permisimus In
quorum fidem &. Actum Varsaviæ ut Sup
Ordinant Speciales Plenipotentes Ma-
gnifici Henricus Comes de Ociesky
Sto

no Bruhl Generalis Artillerie Regni
et Maria Anna Comitissa de Kollo-
wraty Conjuges.
Nuyusmodi Pertius &
Significamus &. Quod coram Actis presenti-
bus Metricis Regni Cancellarie nostre Mino-
ris, comparentes personaliter Magnifici Hen-
ricus Comes de Beieszyno Bruhl Generalis Ar-
tillerie Regni Supremus S.R.M. Minister
et Maria Anna Comitissa de Kollowraty Con-
juges Bolemoviensis, Blonensis, Piasecne
ac Capinoscensis &. Capitanei, Maritus quidem
per se, Comors vero in assistentiam "Ejusdem" Magnifici
mariti sui uti Suorum Conjugalis, sani menti-
bus et Corporibus existentes Recedendo a Foro,
Fori et Jurisdictionibus Suis quibuscuis pro-
prijs Huic autem Jurisdictioni Nostre Regie
quo ad infrascripta Recognoscenda attinet se
se subjiciendo et incorpando palam, libere,
ac benevole Recognoverunt et praesentibus Re-
cognoscunt. Hucusque Ipsi Generosos Adamum
Lasocki Regentem Castrens Sochaczensem et
Lucam Kozlowski Secretarium Nostrum, in
suos veros, legitimos, Specialesq; Plenipotentes
eligunt, constituunt ineunt, et Solemniter
Ordinant Dantes et Concedentes Ipsis, tam
divisim quam Conjunctim plenariam fa-
cultatem, omnimodam absolutamq; potesta-
tem causas suas tam Juris quam facti ju-
diciarias, generaliter omnes et Singulas cu
quibuscuis Personis, occasione cujuscuis nego
tij

tij ac pretensionum fundi, differentiarum in omni Judicio et Officio Regni, majoris Minorisve Subselij cujuscunq; Terræ et Districtus, etiam Judiciis Tribunalitijs Regni Petricoviensibus Lublinensibus et Radomiensibus, necnon quovis Foro, tam ex Actoratu quam reatu, habitas et habendas, institutas et instituendas promovendi defendendi, Jure tuendi, Compositiones inscribendi, Decreta suscipiendi, a Contrarijs appellandi seu movendi, Juramenta attentandi, penas Judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in Bona Offerendi et apprehendendi Executiones urgendi et attentandi Arresta imponendi, actoratus nomine suorum Recognoscentium instituendi, Compromissa inscribendi Transactiones quasvis ac Contractus conscribendi et incundi, Actis authenticis Regni approbandi, Bona resignandi, et Resignationes in rem suorum Recognoscentium suscipiendi, alios Plenipotentes in locum sui substituendi, Condescensiones attentandi Rigores circa Manifestationes faciendas extendendi, Relationes pro cassandis Condemnationibus editas vice versa faciendas approbandi Ceteraq; pro Causarum et negotiorum exigentia, debito Legis ordine peragendi et exequendi, omniaq; munia, Veros legitimos specialesq; Plenipotentes de Jure pro exigentia Causarum et Negotiorum persiciendi, Promittentes

et

et Inscribentes se Fidem magnifici Reuegno-
scentes id totum quid quid per praedictos Spe-
ciales Plenipotentes suos Juridice rite ac le-
gitime Actum, gestum Constitutumve fuerit
pro rato grato, firmo, ac Valido suscepturos,
ros, et in nullo Contraducturos, sub vadio
Summe Quadraginta millium Florenz Polonz
à se Renouescenz coram Officio Castrensi Var-
saviensi vinculando, Quam quidem Plenipo-
tentiam Fidem Magnifici Reuognoscentes ad
Triennium integrum datturam volunt praesen-
tibusq; declarant. His suis Personalibus Re-
cognitionibus ad praemissa mediantibus. Pro
quatuor Laneos Fundi Advocatialis in villa
Piątnica sitū cum Curiâ prædjs, agris, pratis
Campis

campis, sylvis, nemoribus, stagnis, piscinis,
fluvijs, fluminibus, bradatorijs, tabernis, me-
lendinis, subditis, eorumq; diurnis laboribus
censibus, dationibus, cunctisq; emolumentis atti-
nentijs et pertinentijs, nullis penitus exceptis,
sed ita latè, longe, et circumferentialiter, pro-
ut ab antiquis et immediatis Donatarijs posi-
debantur, Prefati generosi Rakowskie Conju-
ges ambo et insolidum tenebunt, habebunt,
et possidebunt, vel uno vita functo alter eorum
superstes, tenebit habebit et possidebit ad
extrema vitæ sue tempora. Promittimus au-
tem pro nobis et Serenissimis successoribus
Nostris, non ese nos Serenissimosq; Succes-
res Nostros abusu et pacifica possessione
dictorum quatuor Lancorum in villa Pigtni-
ca, cosq; Generosos Josephum et Mariannam
de Gruszkowskie Rakowskie Conjuges amotu-
ros neq; amovendi potestatem cuipiam datu-
ros sed salvum et integrum jus advitalitium
ipsis Conservaturos quod et Serenissimi Suc-
cessores Nostri præstabunt. Ratione cujus
advitalitatis Quartam partem proventuum
juxta Legum prescripta ad Thesaurum Regni
inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regali-
bus Reipublicæ, Ecclesiæq; S.a Romano Catho-

lica

liùs „salvis“ „manentibus. In quorum fidem presentes
manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviæ Die XV Mensis Novembris Annô Domini MDCCLIV
Regni verò nostri XXII. Annô. Consensus cedendi de quatuor Lanèis Fundi Advocatialis in villa Piątnica in Palatinatu Masovie sitô Generoso Adalberto Rakowski. de Rakowice Mtris Sigilli majoris Regni Secretario in Personas Generosorum Josephi et Mariannæ de Truszkowskie Rakowskich Conjugum datus Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni Joannes Kłoszowski Canonicus Cathedralis myslien. de Rakowice Mtris Sigilli Regni Secretarius ng. jam exnunc et defacto de omni et integro jure suo advitalitio, quod, quantum, et quale sibi Recognoscenti ad profatos quatuor Laneos fundi Advocatialis in villa Piątnica in Palatinatu Masovie sitos, vigore Privilegij et Jurium suorum servit et competit, ac hucusq; serviebat et competebat. in Personas Generosorum Josephi et Mariannæ de Truszkowskie Rakowskich cessit, abscessit, et condescendit. prout presentis cessionarie Inscriptionis virtute tam de pretacta Advitalitate, Privilegio ac juribus suis, quàm de jsdem Quatuor Laneis

neis, ipsorumq Curia predijs, agris, pratis cam-
pis, Sylvis, nemoribus, stagnis, piscinis, flu-
vijs fluminibus, braxatorijs, tabernis, mo-
lendinis, Subditis eorumq diurnis laboribus,
censibus, dationibus, cunctisq emolumentis,
attinentijs et pertinentijs, nullî penitus ex-
ceptîs, aut pro se, seu pro quopiam alio reser-
vatis, cedit, condescendit et plenarie ad teneu-
dum, habendum, fruendum et possidendum,
resignat, omnesq jus suum advitalitium pos-
sessionem, et usum fructum in eosdem Gene-
rosos Josephum et Mariannam de Truszko-
wskie Rakowskich Conjuges, transfert, trans-
fundit, et transportat. Intromissionem rea-
lem et actualem cum pacifica possessione per
Ministerialem Regni generalem, et duos No-
biles in predictos quatuor lanceos officiosé
acceptandam eisdem Generosis Josepho et
Mariannæ de Truszkowskie Rakowskim
Conjugibus dat, concedit, et liberé admittit,
nec per se, nec per quascvis Submissas et
Subordinatas personas præpeditурum, aut
impugnaturum, imo libere admissurum se
se inscribit et obligat. Hac ipsius personali
Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis cessionariæ de ju-

re

re plenissima et perfectissima. Pro majori ve-
ro firmitate manu propria se se subscri-
psit A. Rakowski Sae Re Mtis S. Secretari-
us &. Quam ejusmodi Inscriptionem Cessio-
nariam sic ut præmissum fuit am et Rcw.
gnitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes eandem ad Acta præsen-
tia suscipi, inscribi et ex eisdem fideliter de-
scripto parti postulanti authentice extra-
di permisimus. In quorum fidem &. Actum
ut sup.

Actum Varsaviæ Fe-
ria Quarta ante Festum
Sanctæ Catharinæ Vir.
ginis et Martyris pro-
xima, Die videlicet Vige-
sima Mensis Novem-
bris Anno Domini
Millesimo Septingen-
tesimo Quinquagesimo
Quarto Regni vero No-
stri Anno XLII.

Ad Relationem ejusdem Illmi
Excellmi et Rndissimi Domi-
ni Prolancellarij Regni.

Debet Mcius Stanislaus Potocki Pa-
latinus Kijoviæ Summam 36000.
millium Florenorum Polon. Jnxo Joanni
Herman

Herman Metricanti Thesaur Regni.

Augustus Tertius &

Significamus &. Quòd coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris Comparens personaliter Magnificus Stanislaus à Potok in Stanislawow, Brody, Duratu Zbaraziensi, Niemirow et Krotoszyn Potocki, Palatinus et Jñalis Terrarum Kijoviæ: Leraiscensis, Kotomiiensis, Striatinensis &. Capitaneus sanus mente et corpore existens recedendo à Toro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostre Regiæ quo ad infrascripta Regnoscenda attinet se se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevolè Regnovit presentibus Regnoscit. Quia Ipse Generoso Joanni Herman Metricanti Thesauri Regni, Ipsiusq Legitimis Successoribus tenetur, ac debet, Seq et suos Successores teneri ac debere, de et super Bonis suis generaliter Omnibus habitis et habendis, Summam Triginta sex millium Florenq Polonq in Aureis Hungaricalibus justè ponderis quemlibet aureum Octodecim Florenis Polonicalibus numerando, modo veri justi

realis

realis ac simplicis debitè unà cum provisi-
one, per Decem a Centum quotannis pendenda in et pro vigilia Festi Sancti Joannis Baptistæ in anno Deodante futuro 1755to dare, solvere et circa Officium Actarj Castrensia Capitanealia Varsavienſia reponere et relinquere, repositamq; et relictam, rursus ab eisdem Actis non effidejubere nec modo quovis arrestare, inscribit Obligat et assecurat, in casum verò Contraventionis et non prestitæ Satisfactionis Judicium Castrense Capitaneale Varsavienſe ad respondendum sibi reservat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Aliàs in forma Jnscriptionis Debitoriæ de Jure plenissimæ et perfectissima Bo majori verò firmitate manu propria se se subscripsit. Sta. Potocki P. Rijovia my. Quam ejusmodi Jnscriptionem Debitoriam sic ut premissum factam et Recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia suscipi inscribi et ex jsdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus Jn quorum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Quarta

Quarta post Festum San-
cte Catharine Virginis
et Martyris proxima Die
scilicet Vigesima Septi-
ma Mensis Novembris
Anno Domini Mille-
simo Septingentesimo
Quinquagesimo Quarto
Regni vero Nostri An-
no XXII.

Ad eandem Relationem Illm⁹
Excellm⁹ et Rm⁹ Domini Pro-
cancellarij Regni.

Approbat Magnificus Antonius Prin-
ceps Lubomirski Palatinus Lublinen-
sis Inscriptionem Summæ 30 Milli-
um Florenorum Polon per Generosum
Hiacinthum Rola Kochanski Pincer-
nam Bielsien. Plenipotentem suum
Pio monti Cracovien. et Hospitali-
bus Pauperum Cracovien. Jactam.
Augustus Tertius &.

Significamus &. Quòd coram Actis presenti-
bus Metnies Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
noris Comparens personaliter Magnifi-

cus

cus Antonius Princeps Lubomirskii Palatinus
Lublinens Generalis Exercituum Regni Medi-
censis, Jaslensis &. Capitaneus, Sanus mente
et corpore existens recedendo à Toro Terris et
jurisdictionibus suis quibuscùmque propriis Huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quòad in-
frascripta Recognoscenda attinet se se Subji-
ciendo et incorporando palam libere ac be-
nevole Recognovit præsentibusq; Recognoscit.
Quia ipse liberando Generosum Hyacinthum
Rola Kochanski Pinernam Bielscensem
Actis Castrensibus Varsavien sibus Feria Se-
cunda post Festum Sancti Andreæ Aposto-
li Ao 1752do specialiter inscriptum Plenipo-
tentem suum à Submissione coram Actis
præsentibus Metricis Regni Feria Quarta
post Festum Sancti Martini Episcopi et Con-
fessoris proxima, Die scilicet Decima Cer-
tia Mensis et anni currenq circa Inscriptio-
nem nomine sui Recognoscenq super Sum-
mam Triginta Millium Florenq Polonq Pio
monti Cracovienq pro Hospitalibus Paupe-
rum Cracovien sium recognitam, facta, præ-
dictam Inscriptionem super Summam su-
prafatam Triginta Millium Florenq Polonq
in rem Pij montis Cracovienq pro Hospita-
libus

libus Pauperum Cracovien, servientem, in
omnibus ejusdem Inscriptionis punctis clau-
sulis, articulis, nexibus et ligamentis Vadio
ac Foro in eadem appositis approbat confir-
mat, roborat et ratificat Eidemq; Inscriptio-
ni tam in toto, quàm in quavis ejus mini-
ma parte, se se suis cum Successoribus sa-
tisfacere submittit et assecurat, Hac sua per-
sonali Recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis Approba-
toriâ de Jure plenissima et perfectissima
pro majori vero firmitate manu propria
se se subscripsit. A Lubomirski WL. Quam
ejusmodi Inscriptionem Approbatoriam
sic ut premissum factam et Recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta presentia susci-
pi inscribi et ex eisdem fideliter descripto
Partiì postulantiì authentica extradi permi-
simus. In quorum fidem &. Actum ut
supra.

Actum Varsaviæ Fe-
ria Sexta in Vigilia
Festi Sancti Andreæ
Apostoli, Die scilicet
Vigesima Nona Men-

sis

sis Novembris Anno Do-
mini Millesimo Septin-
gentesimo Quinquagesimo
Quarto Regni vero No-
stri Anno XXII.

Ad eandem Relationem Illmi
Exellmi et Rmi Domini Pro-
cancellarij Regni.

Roborant Certum Contractum Magni-
fici Michael Sapiecha Procancellari-
us M. D. Lith. exuna et Generosus Pe-
trus Riaucour Consiliarius Sre Re Mtis
partibus ex altera.
Augustus Tertius &
Significamus & Quòd coram Actis praesentì-
bus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
nonis comparens personaliter Magnificus Mi-
chael Sapiecha Procancellarius M. D. Lith. ex
una et Gnus Petrus Baro Riaucour Consilia-
rius Nostter partibus ex altera, agentes, sani
mentibus et corporibus existentes, recedendo
à foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscu-
proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostræ Re-
giæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet
se se subjiciendo et incorporando palam libe-
re ac benevolè Recognoverunt, et quisq. illorum

Quoad D

suo pro interesse Recognovit. Quia Ipsi Contra-
ctum certum inter se Recognoscentes hic
Varsaviæ, Die hodierna in Actu contenta. An-
no nunc currenti factum, et conscriptum,
manibus sui Recognoscentium Subscriptum,
in Omnibus ejusdem Contractus punctis, clau-
sulis, Articulis Conditionibus et Ligamentis
approbârunt, confirmârunt et ratificârunt,
prout quidem per presentem ad Acta hui
comparitionem approbant, confirmant et
ratificant, Iprout quidem per presentem ad
Acta hui comparitionem approbant confir-
mant et ratificant, Sidemq; Contractui stare
parere ac in omnibus et singulis ipsi ple-
narie satisfacere, se se cum Successoribus suis
inserbunt, Obligant et assecurant, Idq; sub
vadio similis summæ in eodem Contractu
expressæ, Pro quo quidem vadio in casum
Contraventionis, fidem Recognoscentes. Fori
ubiquinarium sibi et Successoribus suis ad
respondendum eligunt, et assignant. Hac
sua Personali Recognitione ad premissa me-
diante. Alias in forma Inscriptionis robo-
ratoria de Jure plenissima firmissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate ij-
dem Recognoscentes manibus propriis se

Le

se subscripserunt. Michael Sapieha Bo can-
cell: M D Lit.ny P. Piaseczn. Quam ejus mo-
di Inscriptionem Roboratoriam sic ut premis-
sum factam et Recognitam Nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta presentia suscipi inscribi et ex jidem
fideliter descripto Parti postulanti authen-
tice extradi permisimus In quorum fidem
Actum ut Supra.

Działo się w Warsza-
wie we Zgrzodę po
Swięcie Swiętego Anrze-
ia Apostola nayblizs
sze, to iest Dnia Czwar-
tego Miesiąca Grudnia
Roku Panskiego Tysiąc
znego Siedmsetnego Pię-
dziesiątego Czwartego
Panowania Naszego
Roku XXII.

La Sprawą y Przełożeniem Jasnie
Wielmoznego Imci Xiędza Micha-
ła Hrabi z Granowa Wodzickie-
go Dziekana Katkedralnego kra-
kowskiego. Opata Czerwinskiego
y Mogilskiego. Podkanclerzego
Koronnego.

Oblata Skryptu przez Urodzonego o Pio-
tra Riaucoura, Wielmoznemu Michа-
towi Sapiezie Podkanclerzemu W°
X^a Lit^a danego.

August Trzeci &.

Oznaymuiemy &. Iż podany iest per Oblatan
do Akt Metryki Kancellaryi Naszey Mieyszey
Koronney, Skrypt niżey wyrazony Tenoru
takowego. Ja Piotr Baron Riaucour czynię
wiadomo tym moim wieczysto kwitacyinym
y nigdy nieporuszonym zapisem JW. Imu Pa-
nu Michałowi Sapiezie Podkanclerzemu W.
X^a Lit^a. danym na to: Iż w ia Baron Riaucour
maiąc po Oycu moim u JW. Imci Pana Kazi-
mierza Sapiehi Woiewody Wileńskiego Het-
mana W^a X^a Lit^a. za obligacyinym zapisem
Summy Talerow bitych 7600. Sub Actu Ro-
ku 1700 Miesiąca Aprila 24. Dnia, gdy o ta-
kowę Summę u JW Imci Pana Podkanc-
rzego W X^a Lit^a, iakom po Dziadu swoim Na-
turalnego Sukcessora relewirowałem, y me-
diante authoritate Lchmci PP. Przyiaciół
do vplacz litowania, y uspokoienia takowego
Długu exposcebam. Gdy JW Imci Pan Pod-
kanclerzy potowę takowego długu do JW.

Jey Mci

Jey Mć Pani Krystyny Małszałkiey Podcza-
szyny W.X.Lit. talia do wspolney Konsistorii
odesławszy, za drugą połowę talewcy Sum-
my do Sukcessorow ex capite Alexandra
Sapiehi Marszałka W. W.X.Lit. należącą za
siebie y Sukcessorow swoich propriò et para-
to exmie Barona Riaucoura uspakoić
y wypłacić, Więc zakwietowania medieta-
tis wyżey rzeczonego obligu fiktory u mnie
dla pozyskania drugiey połowy zostaiącey
JW JMć Pana Podkanclerzego W.X.Lit. wie-
cznymi czasy kwituię, y na osobę JMć trans-
funduię, żadney salwy regressu y pretensyi
o połowę takowego obligu do Sukcessorow ex
capite Alexandra Sapiehi Marszałka W.
W.X.Lit. sobie nierachuiąc, y owszem od
kozdego o ten dług turbuiącego ewinkuwai
una cum Successoribus obowiązuię się, y na
tom dał ten mey wieczysto kwitacyiny a
nigdy niepomuszony zapis z podpisem rękі
moiey y Ich Mościow PP. Pieczętarzow ode-
mnie ustnie y oczywisto uproszonych Pisan
w Warszawie Dnia pierwszego Miesiąca
Decembra. Roku tysiąc Siedmset Piędzie-
siąt czwartego. P. Riaucour. Ustnie y ocży-
wisto proszony Pieczętarz od JMć Pana
Barona

P. Barona Riaubura do tego zapisu wieczy-
sto kwitacyinego daney JW. JMci Panu Micha-
towi Sapiezie Podkanclerzemu W X Lit. na Sum-
me Trzytysiące Osmset Talerow bitych wedtug
Prawa podpisawszy się Karol Podwodzi Podkomorzy
Ziemi Rozanskiey my ustnie y oczywisto proszony
Pieczętarz wedtug Prawa podpisawszy się Teodor Szy-
dtowski Sędzia Grodz: Warszawskiey ktory to
skrypt wyzey wyrazony, sii ut premissum per
oblatam podany, my do tychze Akt przyiąc wpi-
sac, y z nich wiernie wypisany Stronie potrze-
buiącey authentycznie wydac, oryginał zas na-
zad Oblatuiącemu przywrocic f. z ktorego ode-
brania kancellarya kwitował y pozwolilismy.
Na co dla lepszey wiary Pieczęć Koronna przy-
ciśniona iest Działo się w Warszawie ut Lux

Actum Varsaviæ A. ab
bathô in Crastino Fe-
sti Sancti Nicolai Epi-
scopi et Confessoris
Die scilicet Septima
Mensis Decembris An-
no Domini Millesimo
Septingentesimo Qua-
gesimo Quarto Re-
gni vero Nri Anno XLII.

Ad

Ad Relationem Illmi Excel-
lmi et Rmi Domini Pro-
cancellarij Regni.

Cedunt Magnifici Henricus Brühl Je-
neralis Artilleriæ Regni et Maria Anna de
Kollowraty Conjuges de Jure suo ad Arcan
et Fundum in Kategczyn ad Varsaviam
in Nowy swiat sitt habito, Magnifici
Vandalino Mniszech Marschalco Cu-
riæ Regni et Mariæ Amelia de Brühle
Conjugibus.
Augustus Tertius &
Significamus &. Quòd coram Actis præsentibus
Metricis Regni Cancellariæ nostræ Minoris com-
parentes personaliter Magnifici Henricus Co-
mes in Ociesyno Brühl. Generalis artilleriæ
Regni, Supremus Primus Ducatûs Saxo-
niæ Minister, Polemoviensis Piasecensis Blo-
nensis Capinoscensis &. Capitaneus et Maria An-
na Comitissa de Collowraty Conjuges, Mari-
tus quidem per se, Consors verò in assisten-
tia Ejusdem Mariti Sui vti Tutoris Conjuga-
lis, sani mentibus et corporibus existentes
recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus Su-
is subditis propriis. Sui autem Jurisdictio-

ni

ni Nostro Regi de quo ad infrascripta recogno-
scenda attinet se se subjiciendo et incorporan-
do palam libere, ac benevole Recognoverunt
et quisq; Illorum suo pro interesse Recogno-
vit. Quia. Ipsi Magnifico Georgio Vandalio
Miszech Marschalco Curiae Regni et Mariae
Ameliae de Brühle Conjugibus, eorumq; le-
gitimis Successoribus, iam exnunc et defacto
de omni et integro Jure suo super aream ter-
tam et fundum in Katczyn ad Varsaviam
in Nowy swiat sitt. per Magnificum Mi-
chaelem Antonium Comitem in Bychow,
Dąbrowa et Sapiezyn Sapieha Palatinum
Podlachiae Ducheliens & Capitaneum Cord
actis praesentibus Metricis Regni Cancella-
riae Majoris Feria Quinta post Festum San-
ctae Margarethae proxima, Die scilicet De-
cima Octava Mensis Julij Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Quadragesimo
Octavo, sibi Recognoscentibus esse, et ser-
vienti ob praestitam sibi Recognoscentibus
pro praemissis sufficientem satisfactionem
credunt et condescendunt, totumq; et integrum
jus suum ad praemissam aream et fundum
habitum, nihil sibi suisq; Successoribus quid
quam.

quam Juris et cujusvis pretensionis reservan-
do, aut modo quovis exipiendo, in personas pre-
insertorum Magnificorum Cessionariorum
suorum transferunt et transfundunt plenarie
et de integro. Intromissionem in dictam arcam
et Fundum per ministeriales quemvis Regni
Generalem et nobiles Duos, quovis facilius pro
tempore Conducendos, libere dant et defacto
admittunt. His suis personalibus Recognitio-
nibus ad premissa mediantibus. Aliàs in for-
ma Inscriptionis cessionariæ de jure plenissi-
ma et perfectissima Pro majori verò firmita-
te manibus propriis se se Subscripserunt.
Henricus Comes de Brühl. M.A. de Brühl née
Comtesse de Collowrat Quam ejusmodi Inscri-
ptionem cessionariam sic ut premissum fa-
ctam et Recognitam, nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta pre-
sentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter
descripta Parti postulanti authentice ex-
tradi permisimus In quorum fidem &c.
etum ut sup.

Actum Varsaviæ &c.
nô Secundâ in Cra-
stino Festi Immacu-
latæ Conceptionis Bea-
tissimæ

tissime Virginis ma-
rie Die scilicet nona
Mensis Decembris An-
no Domini Millesimo Septingentesimo
Quinquagesimo Quarto
Regni vero nostri An-
no XXII.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Domini Procancella
rij Regni ut say.

Roborat scriptum certum Magni-
fici Ioannes Branicki Palatinus
Cracovien Supremus Dux Exerci-
tuum Regni.

Augustus Tertius &

Significiamus & Quòd coram Actis presen-
tibus Metricis Regni Cancellarie Nostre
Minoris comparens personaliter Magni-
fici Ioannes Branicki Palatinus Cracovien
Supremus Exercituum Regni Nostri Dux,
sanus mente et corpore existens recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibus-
vis propriis Illui autem Jurisdictioni Nostre
Regiæ quo' adinfrascripta recognoscenda atti-

net

net se se subjciendo et incorporando palam
libere ac benevole Recognovit et presentibus
Recognovit. Quia ipse scriptum certum ma-
nuale super Summam novem Millium
Quingentorum sexdecim aureorum Hunga-
ricalium Generoso Petro Baroni Riauwur
datum hic Varsaviæ Die decimâ Mensis
novembris, Anno nunc currenti conscri-
ptum, manu sui Recognoscentis subscri-
ptum et Sigillo Gentilitio in cera rubra Hi-
spanica expresso communitum, in omni-
bus ejusdem scriptè punctis clausulis arti-
culis conditionibus et ligamentis approba-
vit, confirmavit, roboravit, et ratificavit
prout quidem per presentem ac Acta hæc
comparitionem approbat confirmat, robo-
rat et ratificat, eidemq scripto stare, parere
ac in omnibus et singulis ipsi plenarie
satisfacere, se se inscribit Obligat et asseve-
rat. Hac sua personali Recognitione ac
premissa mediante. Aliàs in forma In-
scriptionis Roboratoriæ, de Jure plenis-
ma et perfectissima. Pro majori verò fir-
mitate manu propria se se subscripsit.
J. Braniski W.K.H.W.K. Quam ejusmodi
Inscriptionem Roboratoriam, sic ut premis-

Sum

sum Jactam et Recognitam, Nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex Eiden
fideliter descripto parti postulanti authen-
tice extradi permisimus In quorum fidem
Actum ut Supra

Actum Varsaviæ Fe-
ria Tertiâ post Festum
Immaculatæ Conceptio-
nis Beatissimæ Ma-
riæ Virginis proximâ
Die videlicet Decima
Mensis Decembris
Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesi-
mo Quinquagesimo Quar-
to Regni vero Nostri
Anno XXII.

Ad Relationem Illm. Excellmi
et Rmi Domini Procancel-
larij Regni &c

Inscribit Summam 20 Florenorum
Polon Magnificus Carolus Sedlnicki
Supremus Thesaurarius Regni,
Pio Monti Crawviens. & Hospita-
libus Pauperum Crawviensium.

Augustus

Augustus Tertius &.
Significamus &. Quod coram Actis presentibus Metnicz Regni Cancellarie Nostre Minoris Comparens personaliter Magnificus Carolus Comes Sedlnicki Supremus Regni nostri Thesaurarius, sanus mente et corpore existens, recedendo à Toro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibuscuis propriis Huic autem Jurisdictioni nostre Regiæ quo ad infrascripta Recognoscenda attinet se se subjiciendo et merporando palam, libere ac benevole, Recognovit et presentibus Recognoscit. Quia Ipse Summam Viginti millium Florenorum Polonicorum per magnificos Vlodimirum de Lewendal et Barbaram de Szembeki Conjuges, Marschalcos Exercituum Christianissimi Galliarum Regis, Pio monti Crucifixi pro Hospitalibus Pauperum Cracoviensium, coram Actis presentibus Metnicensis Regni Feria Quarta post Festum Sancti Martini Episcopi et Confessoris proxima, Videlicet Decima Tertia Mensis Novembris Anno nunc currenti cessam, apud se Recognoscentem hærentem, eandem Summam in et super Bonis suis generaliter omnibus hæreditarijs et Obligatorijs mobilibus et immobilibus, Cum

misq quibusvis pecuniarijs, nunc habitis et in-
a post habendis, precipue in et super Bonis Op-
pidi Constantynow cum attinentijs in Palatina-
tu Podlachiae consistentibus, eidem Pio monti
Cracoviensi pro Hospitalibus Pauperum Cra-
coviensium in et pro Vigilia Festi Nativita-
tis S. Joannis Baptistae in Anno Deo dante
venturo Millesimo Septingentesimo Quinqua-
gesimo Quinto coincidenti per se Recog-ne-
scentem dare, solvere et realiter enumera-
re se se inscribit et assecurat. A qua quidem
Summa Viginti millium Florenj Polonj Pro-
visionem Annuam in commoditatem pre-
missorum Hospitaliorum Cracoviensium
p Pium montem Cracoviensem juste et aequa-
liter disponendam et applicandam per Septem
a Cente, ad quietationem manualem / que pro
authentica censeri debet / dare, solvere se se
submittit et obligat Idq; sub vadio Similis Sum-
mae Viginti millium Florenj Polonj pro
quo quidem vadio, rege ipsa Principali Cita-
tus existens Coram Officio sibi competenti
praecisis Omnibus Dilationibus Protellatio-
nibus et beneficijs Juris peremptorie suis ad-
Successoribus respondebit. Hac una perso-
nali

nali Recognitione ad premissa mediante
Alias in forma Inscriptionis de Jure plenissi-
ma et perfectissima. Pro majori vero firmi-
tate manu propria se se subscripsit Caroly
Odrowąż L. Sedlnicki Supremus Regni The-
saurarius &. Quam ejusmodi Inscriptionem
sic ut premissum factam et Recognitam
nos firmam ac de Jure validam haberi vo-
lentes eandem ad Acta presentia suscipi
inscribi, et ex ejdem fideliter descriptam
parti postulanti authentice extradi permi-
simus. In quorum fidem &. Actum et Lect.
Inscribunt Mtrii Henricus Comes de
Ociesyno Brühl Generalis Artille-
rie Regni et Maria Anna Comitissa
de Kollowrati Conjuges, in Specialem
Plenipotentem suum, Generosum
Petrum Baronem Riauour.
Augustus Tertius &.
Significamus &. Quod coram Actis presen-
tibus Metricis Regni Cancellaria nostra
Minoris comparentes personaliter Magni-
fici Henricus Comes de Ociesyno Bruhl
Generalis Artillerie Regni, Supremus No-
ster Minister, et Maria Anna Comitissa
de Kollowraty Conjuges. Bolemovienses.

Blonecz.

Bloneg, Piasecen, ac Capinosceg & Capitanei, Maritus quidem per se, Consors vero in ejusdem Magnifici Maritj sui, uti Tutoris Conjugalis assistentia, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Suis Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propryj huic autem Jurisdictioni Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole recognoverunt, et presentibus Recognoscunt. Quia Ipsi Generosum Petrum Baronem Riaucour Consiliarium Nostrum, in Suum verum legitimum Specialem q; Plenipotentem eligunt Constituunt inscribunt, et solemniter ordinant. Dantes et conferentes ipsi plenariam facultatem Omnimodam absolutam q; potestatem causas suas generaliter Omnes et Singulas, cum quibuscunq; Personis, occasione cujusmodi negotij in Omni Judicio et Officio Regni Majoris Minorisve Subselij, cujuscunq; Terre et Districtus etiam Judicijs Tribunalitijs Regni Petricovien sibus Lublinensibus et Radomiensibus, necnon quovis foro tam ex Actoratu quam reatu

habitas

habitas et habendas, instituas et institu-
tendas promovendi defendendi, Ju-
re tuendi, Comparitiones inscribendi De-
creta suscipiendi, à Contrarijs appellandi,
seu movendi, Juramenta attentandi,
panas Judiciarias levandi, de levatis
quietandi, Intromissiones in Bona ~~of~~
ferendi et apprehendendi, Executiones
urgendi et attentandi, Aresta imponen-
di, Actoratus nomine suorum Recogno-
scentium instituendi, Compromissa in-
scribendi, Transactiones quasvis et Con-
tractus conscribendi et ineundi, Actis
authentiis Regni approbandi, Bona
resignandi et Resignationem in rem
suorum Recognoscentium suscipiendi,
alios Plenipotentes in locum sui substi-
tuendi, Condescensiones attentandi, nego-
ries circa Manifestationes faciendas ex
tendendi, Relationes pro cassandis Con-
demnationibus editas, sive edendas
approbandi, Cæteraq; pro causarum et
negotiorum exigentia debito Legis or-
dine peragendi et exequendi, omniaq;
munia verum et Legitimum Procu-
ratoris

temq;

lem̃q Plenipotentem de Jure pro exi-
gentia Causarum et negotiorum perfi-
ciendi. Promittentes et inscribentes se ijdem
Magnifici Recognoscentes id totum, quid
quid per praedictum Specialem Plenipo-
tentem Suum juridice, rite ac legitimé a-
ctum gestum Constitutumve fuerit, pro
rato grato firmoq; ac valido suscepturos
et in nullo Contraditeuros, Sub vadio Sum-
mae Centum millium Florenq Polonq
a se Recognoscentibus foram Officii Ca-
strensi Varsaviensis vindicando. Quaq
quidem plenipotentiam fidem Magnifi-
ci Recognoscentes ad triennium Inte-
grum durataram volunt praesentibusq
declarant. His suis personalibus Re-
cognitionibus ad praemissa mediantibus.
Pro majori vero firmitate manibus pro-
prijs se se subscripserunt. Alexius
Comes de Brühl. M.A. de Brühl née
--- C. de Kallowratt. Quaq ejusmodi
Plenipotentiam sicut praemittum ja-
dam et Recognitam nos firmam ac
de Jure validam haberi volentq. eandem
ad Acta praesentia suscipi inscribiq et

ex

ex ijsdem fideliter descripto Parti pe-
tulanti aut Lentice extradi permittimy
In quorum fidem &. Actum ut sup.
Actum Varsaviæ Feria
Iugrta post Festum
Immaculatæ Conceptio
nis Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ proxi-
mæ Die scilicet Unde-
cima Mensis Decem-
bris Anno Domini
Millesimo Septingen-
tesimo Quinquages-
mo Quarto Regni
vero Nostri Anno

XXII.

Ad Candem Relationem Illmi
Excellmi et Rmi Domini Pro-
Cancellarii Regni.

Roborat Certum scriptum Magni-
ficus Joannes Cajetanus Sablono-
wski Palatinus Bracla viens.
Augustus Fortius &.

Significiamus &. Quod coram Actis pra-
sentibus Metrices Regni Cancellaria
Nostræ Minoris Comparens personali

ter

ter Magnificus Joannes Jablonowski
Palatinus Bracla[illegible] Pechminensis & Ca-
pitaneus sanus mente et corpore existens
recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus
suis quibuscuis propriis huic autem Juris di-
ctioni nostræ Regiæ quò adinfrascripta
recognoscenda attinet se se subjiciendo et
incorporando palam, libere ac benevolè
Recognovit et præsentibus Recognoscit. Quia
Ipse scriptum certum Fundationem Capel-
laniæ et Capellani in Bonis Zabotyn
in se continens hic Varsaviæ Die Septi-
ma Mensis et Anni currentis factum et
conscriptum manu sui Recognoscens sub-
scriptum, Sigilloq; Pentilitio communi-
tum, et per Rndum Dominum Cajetanum
Soltyk Episcopum Cracoviensem, Episco-
patus Kijoviens et Czerniechoviens Coad-
jutorem approbatum, in Omnibus pun-
ctis clausulis, Articulis, Conditionibus et
ligamentis roboravit, confirmavit et ra-
tificavit prout quidem per præsentem Ju-
ram ad Acta hæc comparitionem, roborat
confirmat et ratificat, eidemq; scripto sta-
re parere et in omnibus ac singulis ipsi
satisfacere se se cum Successoribus suis in-
scribit

obligat et asecurat. Hac sua personali Re-
cognitione ad premissa mediante alias
in forma Inscriptionis Roborationis de
Jure firmissima et perfectissima Pro ma-
jori vero firmitate manu propria se se
subscripsit. A. J. Jablonowski Wlda Bra-
claŵski &c. Quam ejusmodi Inscriptionem
Roborationem sic ut premissum factam
et Recognitam nos firmam ac de Jure
validam haberi volens eandem ad Acta
presentia suscipi inscribi et ex ejusdem fi-
deliter descripto parti postulanti authen-
tice extradi permisimus. In quorum fi-
dem &. Actum ut sup.

Oblata Consensus eximendi Sculteti-
am in villa Lenkorz Palatinatu Cul-
mensi sito de manibus nullo Jure pos-
sessorum Generoso Antonio Balicki
dati.

Augustus Sertius &.

Significamus &. Oblatas esse ad acta pre-
sentia Metrices Regni Cancellarie Nostre
Minoris Literas Originales papyreas Con-
sensus infrascripti manu propria Regia subscripti &
et Sigillo Minori Re-
gni communito sanas salvas et illesas
Omnig suspitionis nota carentes Tenoris

sequentis

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lith, Russiæ Prussiæ Maso-
viæ Samogitiæ, Kijoviæ Vithymiæ Podo-
liæ Podlachiæ, Livoniæ Smolenskiæ Severiæ Cer-
nichoviæq; Nec non Hereditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector Significa-
mus præsentibus Literis Nostris quorum
interest universis et Singulis. Quia nos
studium bene merendi de Nobis Pri Antonij
Baliński commendatum habentes, eundem
ad ulteriora Obsequia Nostra alacriorem
reddere cupientes, faciendum esse duxi-
mus, ut eidem Scultetiam in Villa Lenkorz
Palatinatu Culmens Tenuta Lenkorzens
sitam, de manibus modernorum nullo
Jure possessorum Consensum Nostrum
Regium eximendi, in q suam Possessionem
vindicandi daremus et conferremus, uti
quidem hisce Literis Nostris eandem Scul-
tetiam previo hocce Consensu. Nostro ac
Privilegio exemptam et vindicandam da-
mus donamus et conferimus. Quam qui-
dem Scultetiam cum omnibus ædificijs,
agris, pratis, campis, Sylvis, Rubetis, pa-
scuis, laubus, Stagnis, piscinis cunctis q
emolumentis, libertatibus attinentijs q

et

et pertinentijs universis secundùm Origi-
nalia Privilegia Lustrationesq; ad eandem
sculteciam antiquitus spectantibus et per-
tinentibus, nullis penitus exceptis aut ex-
cipiendis prefatus Dñs Antonius Bali-
cki tenebit, habebit et possidebit, Succesо-
resq; sui tenebunt habebunt et possidebunt.
Promittimusq; pro Nobis et Serenissimis
Successoribus Nostris, non esse Nos Serenis-
simosq; Successores Nostros, abusu et pau-
sia possessione dicte Sculteciæ Eundem
Dñum Antonium Balicki, Successoresq;
suos, amoturos aut alienaturos, neq; ame-
bendi aut alienandi potestatem cuipiam
Daturos, seu salvum et integrum jus ipsi
et Successoribus ejus Conservaturos, quòd
et Serenissimi Successores Nostri praesta-
bunt. Juribus Nostris Regalibus Reipu-
blicæ Ecclesiaq; S. Catholicæ salvis manen-
tibus. In quorum fidem praesentes manu
Nostra Subscriptas Sigillo Regni com-
muniri jussimus. Datum Varsaviæ Die
xi Mensis Decembris Annô Domini
MDCCLIV. Regni verò Nostri XXII Anno
Consensus eximendi Sculteciam in Villa
Lenkorz Palatinatu Culmenq; sitâ, de ma-
nibus nullo Jure possessorum Dñi Anto-
nii

nio Baliki datur Augustus Rex. Locus
Sigilli Minoris Regni. Joannes Kłosiński
Canonicus Cathedralis Premysliens. S.R.M.
Aulis Sigilli Regni Secretarius mp. Quas
ejusmodi Literas Originales Consensus sa-
prascripto sic ut premissum per Oblatam
porrectas, Nos ad Acta præsentia suscipi,
inscribi, et ex ijdem fideliter descripto
parti postulanti authentice extradi Ori-
ginale vero rursus Offerenti restitui per-
misimus. In quorum fidem &c. Actum ut
sup.

Actum Varsaviæ Fe-
ria Quinta post Festum
Immaculatæ Concep-
tionis Beatissimæ
Virginis Mariæ proxi-
ma Die scilicet Duo-
decima Mensis De-
cembris Anno Domi-
ni Millesimo Septin-
gentesimo Quinqua-
gesimo Quarto Regni
vero nostri Anno XXII.

Ad eandem Relationem Illu-
strissimi Excellmi D. Ami
Domini Prosanecllarij Regni.

Ordinat

106.

Ordinat Specialem Plenipoten-
tem. Illus Henricus Brühl Je-
neralis Artilleriæ Regni.
Augustus Tertius &
Significamus & Quod coram Actis præsen-
tibus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparens personaliter Illustris
Henricus Comes de Ouerzyno Brühl
Generalis Artilleriæ Regni Supremus Mo-
ster Minister, sanus mente et corpore
existens recedendo a Foro, Terris et Juris di-
ctionibus suis quibuscuis propriis. huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quæ
ad infrascripta recognoscenda attinet
se se subjiciendo et incorporando palam
libere ac benevole Recognovit et præsen-
tibus Recognoscit. Quia Ipse Rndum Ca-
jetanum Sołtyk Episcopum Cracovien-
sem Episcopatus Kjoviens Coadjutorem
in suum verum, legitimum specialem
Plenipotentem, eligit inscribit et solemni-
ter ordinat Dans et Concedens ipsi ple-
nariam Saultatem, absolutamq; pote-
statem intuitu Capitaneatus Cechrinen
à Illustri Cajetano de Brusy Sabłonowski
Palatino Brzeskiensi Capitaneo Cechri-
nen Equite aurei Velleris in Personam

sui

sui constituentis acquirendi, Contractus
quosvis ineundi, ipsos Concludendi, et ro-
borandi, Summam pro eodem Capitane-
atu obtinere, ex contractu empti pullu-
lantem, in et super Bonis prælibati Ma-
gnifici constituentis hereditarijs signan-
ter Strawiensibus in Majori Polonia
iacentibus inscribendi, Hypotecandi et
Assecurandi, post subsecutamq; ab eodem
Mgnifico Palatino Bracla[illegible]iensi recensiti Ca-
pitaneatus, in personam sui Constitu-
entis, coram Actis quibusvis Regni au-
thentice privato Consensu Sr. Re Mtis
cessionem, possessionem memorati Capita-
neatus pariter in rem sui Constituentis a-
deundi, Intromissionem requirendi, ipsamq;
acceptandi, Captaq; possessione eundem Ca-
pitaneatum arendandi, Contractus aren-
datarios perficiendi ac Concludendi, Cete-
raq; Omnia Debito Legis Ordine peragen-
di et exequendi. Promittens et inscribens
se Idem Magnificus Reuynorscens, id to-
tum quid quid per præditum Reveren-
dum Sotzko Specialem Plenipotentem su-
um, rite legitime ac juridice pro necessita-
te et exigentia duntaxat Negotij
Supra

supra expressi Actum, gestum, factum Con-
stitutumve fuerit, pro rato & grato firmo ac
valido suscepturum et in nullo Contradi-
cturum, Sub Vadio Centum Millium flo-
renor Polon. a se Recognoscente Coram Offi-
cio Castr. Varsavien. vindicando, Quam
Plenipotentiam Idem Mficus Recogno-
scens ad Triennium integrum duraturam
vult presentibusq. declarat. Hac sua perso-
nali Recognitione ad premissa mediante.
Pro majori vero firmitate manu propria
se subscripsit. Henricus Comes de Brühl
Quam ejusmodi Plenipotentiam sū ut pre-
missum factam et Recognitam nos firmā
ac de Jure validam haberi volens eandem
ad Acta presentia suscipi. inscribi et ex ji-
dem fideliter descriptam parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quorum
Fidem &. Actum ut sup.
Roborant Contractum Magnifici Hen-
ricus Comes de Ociesz-ne Brühl
Generalis Artilleriæ Regni et Mania
Anna Comitissa de Collowrati Con-
juges ex una, atq. Generosus Josephus
Eustachius Rzeyski Pincerna Bu-
scenq. ex altera partibus.

Augustus

Augustus Tertius &
Significamus & Quòd coram Actis praesen-
tibus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris, Comparentes personaliter Magni-
fici Henricus Comes de Ouerzyno Brühl
Generalis Artilleriæ Regni Bolemovienz &
Piasecenz Capinoscenz & Capitaneus, et
Maria Anna de Collowrathy Conjuges legi-
timi Maritus quidem per se, Consors vero
in ejusdem Mariti sui uti Tutoris Conju-
galis assistentia, ex una, atq; Generosus Jose-
phus Custachius Fierzchi Pincerna Buscen
partibus ex altera agentes, sani mentibus
et corporibus existentes recidendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis
proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quò ad infrascripta Recognoscenda
attinet se se subjiciendo et incorporando pa-
lam, liberé ac benevolé Recognoverunt, et
quisq; Illorum suo prointeresse Recognovit,
et praesentibus Recognovit. Quia Ipsi Con-
tractum Certum, ratione resignationis Bo-
norum Wolka, Zalesia nuncupatorum in
Palatinatu Masoviæ Terra Cernensi con-
sistenz, de data ejus hic Varsaviæ Die ho-
dierna in actu Contenta, nempe Die
12ma Mensis Decembris Anno nunc cur

rente

rene initum et Conscriptum, manibus sui Recognoscentium subscriptum, Sigillis suis gentilitijs communitum, Damnisq; Terrestribus firmatum, in omnibus ejusdem Contractus conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Nexibus, et Ligamentis, approbant confirmant roborant, et ratificant, Eidemq; Contractui se se suis cum Successoribus satisfacere Submittunt, presentibusq; declarant. Idq; sub damnis Terrestribus simplici assertione absq; Juramento taxandis, et ediendis in Casu Contravention is eidemq; non satisfactionis ad solvendū irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus, taliter ex inde succubitis, Citata existens una Pars per aliam Partem scilicet prefatum Contractum non tenens nec complens ex instantia alterius Partis, in toto tenere Complere et exequere sive ejus Successarum ad Judicium Terrestre seu Officium Castri Cernense aut Judicium Tribunalitium Regni recessu suprascripto mediante semper in primo Juris Citationisq; Termino, tanquam peremptorio, peremptorie stare, Juri parere „respondere“ „comparendoq;“ Damna Terrestria prefata succubita solvere, Quibus solutis, nihilominus Contractui prefato Ipsi roborato in toto satisfacere omnesq; Judicatum Judicij Terrestris seu Officij Castri Cerneri aut Judicij Tribunalis

Tribunalis Regni de Jure non exeundo pati, absq; omni Dilatione defensione, exceptione, prescriptione protestatione, evasione, motione et appellatione, earumq; modo quovis, seu per additationes quasvis prosecutione, tenebuntur. Harum personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima firmissima et perfectissima Pro majori vero firmitate manibus propriis se se subscripserunt. Henricus Comes de Brühl Mar.ª de Brühl nee C. de Kollowrath Josephus Eustachius Jezycki P.B.R. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum factam et Recognitam, nos firmam ac de Jure validam haberi volens eandem ad Acta presentia suscipi inscribi et ex ijdem fideliter descripta parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem &. Actum ut sup.

Donant Bona sua hereditaria Wola Zaleska nuncupata in Palatinatu Masovia Terra Czerscensi sita Mjcius Henricus Comes de Ociesky no Brühl Generalis Artilleriæ Regni et Maria Anna Comitissa de Kollowrath Conjuges Generoso Josepho Eustachio Jezycki

Piczycki Pinczow Buscen.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis praesentibus Metricis Regni Cancellaria Nostra Minoris Comparentes personaliter Magnifici Henricus Comes de Ouieszyno Brühl Generalis Artilleriae Regni Bolemoviensis Piasecene Capinosiene &. Capitaneus, et Maria Anna Comitissa de Collowraty Conjuges legitimi. Maritus quidem per se, Consors vero, in ejusdem Mariti sui utili Tutoris Conjugalis assistentia, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis gubuis propriis, Huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta Recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam, libere, ac benevole Recognoverunt et praesentibus Recognoscunt. Quia Ipsi Generoso Josepho Eustachio Piczycki Pinczow Buscen Ejusq; Legitimis Successoribus, iam exnunc et de facto bona sua Hereditaria Wolka Zatzka nuncupata in Palatinatu Masoviae Terra Cernensi sita et jacentia cum Omni et integro Jure suo Dominio proprietate propinquitate, titulo, Hereditario

Hæreditario ac omnibus eorundem Bonorum
utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, com-
modis et obventionibus arcis, curijs ædificijs,
structuris parvis et magnis, sepibus, sepimen-
tis, pascuis, emissorijs, hortis pomarijs api-
bus apistorijs, agris pratis campis, sylvis, Bor-
ris, gais nemoribus, arbustis, virgultis et inda-
ginibus, aquis staynis laubus, piscinis pi-
scinulis, fluvijs fluminibus, rivis rivulis,
torrentibus ac quarum vis aquarum decur-
sibus, molendinis Molendinatoribus, Bra-
xatorijs Tabernis, Tabernatoribus, Subditis
Cmethonibus Hortulanis, Ingoilinis, tam in
ijsdem Bonis residentibus quàm profugis
eorumq; Uxoribus, pueris peonibus, pendibus,
Dierum laboribus, Datijs, Decimis, Tribu-
tis, Custodijs Vigilijs diurnis et Nocturnis,
cunctaq; obedientia et Subditura Cmetho-
nali, per ipsos prestari solita, cunctis deniq;
attinentijs et pertinentijs ad eadem bona ab
antiquo spectantibus, etiam cum Jure pa-
tronatus Presentandorum quorumvis Eccle-
siasticorum Beneficiorum si si quod ad
Hæredes eorundem Bonorum pertinebat
nihil sibi suisq; Successoribus, quidquam
Juris, aut cujusvis pretextus et pretensio-
nis ad eadem bona reservando, seu quovis

modo excipiendo, sed ita late Longe circumfe-
renialiter, prout in suis metis et limitibus
extant et extenduntur, dant, donant, con-
ferunt inscribunt, et resignant pura me-
ra et irrevocabili donatione, perpetua et
inavum. Intromissionem ipsi in prefa-
ta bona presere resignata, per Ministe-
rialem Regni Generalem quemvis et No-
biles duos quosvis fidelius pro tempore con-
ducendos realem, cum actuali et pacifi-
ca possessione Officiose acceptandam libe-
re dant et defacto admittunt, Datam et
Admissam, nec per se, nec per quasvis sub-
missas et subordinatas personas prospe-
diturus aut impugnaturos, quinimo libe-
re eandem admissuros se se Obligant et assi-
curant. Submittunt, se praterea Jidem
Magnifici Recognoscentes, et super bonis
suis generaliter omnibus inscribunt, eun-
dem Generosum Donatarium suum et
ejus Successores ab omnibus generaliter
impedimentis Juridicis et extra Juridicis
Omnium et Singularum Personarum
Propinquarum et remotarum cujuscum-
Status sexus et conditionis existentium
tum inscriptionibus prioribus et po-
sterioribus debitis vinculis etoneribus

si quæ sint aut fuerint tueri defendere evin-
cere eliberare et interedere, indemnemq; sem-
per ipsum et ejus Successores totiès quotiès
opus et necesse fuerit indemnes reddere, fdq;
sub dammis Terrestribus simplici Verbo absq;
juramento taxandis et dicendis, in casu aliuv
jus exorti impedimenti et non factæ tuitionis
et evictionis ad solvendum irremissibiliter suc-
cumbendis. Pro quibus quidem dammis Terrestri-
bus reg ipsa Principali Citati existentes memora-
ti Magnifici Recognoscentes, ex Instantia Gene-
rosi Donatarij sui sive ejus Successorum ad
Judicium Terrestre seu Officium Castrense
Cernense aut Judicium Tribunalitium Regni,
tenebuntur suis cum Successoribus illo coram
Judicio sive Officio, aut Judicio Tribunalitio, re-
cessu suprascripto mediante, semper in primo
Juris Citationisq; Termino tanquam perem-
ptorio, peremptorie stare, Juri parere respon-
dere, comparendoq; damna prædicta Terrestria
succubita solvere, quibus solutis nihilominus
Inscriptioni suæ præsenti Donationi in to-
to satisfacere, ac omne Judicatum Judicij sive
Officij illius de Jure non excundo pati absq; om-
ni dilatione defensione, exceptione, prescriptio-
ne, protestatione, cavatione, evocatione, motio-
ne appellatione, earumq; medo quovis prose-
cutione. His suis personalibus Recognitionibus

ad

ad præmissa mediantibus, alias in forma Inscri-
ptionis, Donationis Resignationis Evictionis de
Jure plenissima firmissima et perfectissima.
Pro majori vero firmitate manibus propris
se se subscripserunt. Henricus Comes de Brühl
MAC. de Brull nee C. de Kellowrath. Quam ejus-
modi Inscriptionem Donatariam sic ut præ-
missum factam et Recognitam Nos firmam
ac de Jure validam haberi volentes eandem
ad Acta præsentia suscipi inscribi, et ex ijdem
fideliter descriptam parti postulanti authen-
tice extradi permisimus. In quorum fidem &
Actum ut sup.

Quietant Magnifici Henricus Comes de
Ociesyno Brühl Generalis Artillerie
Regni, et Maria Anna Comitissa de Col-
lowraty Conjuges, de Summa Mille
Duentorum Aureorum Hungaria-
lium Generosum Josephum Eustachi-
um Piezycki Pincernam Buscere
Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis præsenti-
bus Metrices Regni Cancellaria Nostra
Minoris comparentes personaliter. Magci-
fici Henricus Comes de Ociesyno Brühl Ge-
neralis Artillerie Regni, Bolemoviensis Ca-
pitaneus, Capinoscere &. Capitaneus, et Maria

Anna

Comitissa de Collowraty Conjuges legitimi, Maritus quidem per se, Consors vero in ejusdem Mariti sui uti Tutoris Conjugalis assistentia, sani mentibus et corporibus existentes, Recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscis proprijs, Huic autem Jurisdictioni Nostre Regie quo ad infrascripta Recognoscenda attinet se se subjiciendo et incorporando palam libere, ac benevole Recognoverunt et præsentibus Recognoscunt. Quia Ipsi Jtem Josephum Eustachium Jiezycki Pincernam Buscensem, Ejusq; legitimos Successores, jam exnunc et defacto de Summa Mille Ducentorum Aureorum Hungaricalium pro Pretio Bonorum Wolka Zaleska nuncupatd in Palatinatu Masovie Terra Cernen consistentium hodierno sub actu Resignatorum constituta, proveniente, Contractuq; Resignatorio de Data Ejus Lii Varsavie Die hodierna nempe Die 12. Mensis presentis Anno nunc current, inter se Recognoscentes ab una et eundem Jtem Josephum Eustachium Jiezycki Pincernam Buscen Carte ab altera invito et conscripto, manibus ab utriusq; subscripto, Dannis Terrestribus firmato, Sigillisq; Gentilitijs communito ho-

dierno

dierno sub Actu roborato, ad solvendum assecurata, tum de ipsomet Contractu Resignatorio, Vadiò contentis et ligamentis ejusq; robore, que attinet ad exsolutionem ejusdem Summe, ob prestitam sibi Resignescentibus sufficientem satisfactionem, realemq; ejusdem Summe Mille Ducentorum aureorum Hungaricalium persolutionem quietant, emittunt et liberum absolutumq; cum Successoribus ejus faciunt et pronuntiant, Supratactum Contractum cum ejus contentis Vadio et ligamentis ac roboratione pro ad premissam Summam per se Resignoscentes actualiter levatam, spectantem, nihil sibi suisq; Successoribus quidquam Juris pretextus et pretensionis intuitu ejusdem Summe reservando et excipiendo, tollunt cassant, mortificiant et annihilant, perpetuo et in avum, Aliis suis personalibus Resignitionibus ad premissa mediantibus. Alias in forma Inscriptionis Vietatoria de Jure plenissima et perfectissima. Pro Majori vero firmitate manibus propijs se se subscripserunt Henricus Comes de Brühl M A C. de Brühl nec C. de Collowrad Bz. Ivam ejusmodi Inscriptionem Vietatoriam sicut premissum factam et Resignitam, Hos firmam

mam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia susciꝑi inscribi et ex ejdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus Jn q vorum fidem &. Actum ut Sup.

Inscribit Magnificus Henricus Comes de Oderszyno Bruhl Generalis Artillerie Regni Summam 600 Aureorum Hungaricalium Magnifice Consorti sue.

Augustus Tertius &

Significamus &. Qod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris Comparens personaliter Magnificus Henricus Comes de Oderszyno Bruhl Generalis Artillerie Regni Bolemvoiensis Piasecensis Capinoscensis &. Capitaneus sanus mente et corpore existens recedendo à Foro Ferris et Jurisdictionibus suis quibuscis proꝑꝓ huic autem Jurisdictioni Nostre Regie quo ad infrascripta Recognoscenda attinet se se Subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole Recognovit et presentibꝰ Recognoscit. Qua Ipse Magnificus Maria Anna Comitissa de Colloredo consorti sue legitime, Ejusꝰ Successoribus, iam exnunc

et

et defalto Summam Sexcentorum Aureorum
Hungaricalium ex Summa Originali Mille Du-
centorum Aureorum Hungaricalium pro Pre-
tio Bonorum Wolka Zaleska in Palatinatu Ma-
sovie Terra Cernensi consistentium proveni-
entem, se Recognoscentem equali medietate
erga Preditam Magnificum Consortem su-
am respicientem per Generosum Josephum
Custachium Jeczycki Pinernam Buscensem
prefatorum Bonorum Modernum Possessorem
sibi Recognoscenti realiter exsolutam et enu-
meratam, teneatur ac debet, seq; ac suos Succes-
sores teneri debereq; de et super Bonis suis
generaliter Omnibus precipue Sierakowszyzna
cum attinentijs in Palatinatu Posnaniense consisten-
tibus, modo veri justi realis liquidi simplicisq; de-
biti in et pro Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joan-
nis Baptiste in Anno Deodante venturo Mille-
simo Septingentesimo Quinquagesimo Quinto
proxime incidenti, dare solvere, et circa Officium
Actaq; Castrensia Capitanealia Varsavienzia re-
ponere et relinquere, repositamq; et relictam cur-
sus ab eisdem Actis non effidejubere, nec medo
quovis arestare inscribit Obligat et asseurat. Ei-
demq; inscriptioni presenti Debitorem tam in
toto, quam minima parte ejus se se suis cum
Successoribus satisfacere submittit presentibusq;

declarat

Idq; sub vadio similis summæ Sexcentorum Aureorum Hungaricalium in causa Contraventionis à se Recognoscente submittente suis cum Successoribus ex instantia Ejusdem Magnifica Creditricis suæ, sive Ejus Successorum semotis Omnibus Juris diffugijs Coram Officio Castrensi Varsaviensi vindicando. Ac sua personali Recognitione ad præmissa mediante Alias in forma Inscriptionis Debitoriæ de Jure plenissima et perfectissima Ro majori verò firmitate manu propria sese subscripsit. Stanislaus Comes de Brukl. Quam ejusmodi Inscriptionem Debitoriam sicut præmissum factam et Recognitam Nos firmam ac de Jure valiturn habeni volentes eandem ad Acta præsentia susipi inscribi et ex jisdem fideliter descriptam Parti postulanti autoritate extradi permisimus In quorum fidem &c Actum ut Sup.

Oblata Przywileiu na Horozdrycze w Ekonomij w Kluczu Kobryńskim leżące Urodzonemu Janowi Minazowiczowi Konsyliarzowi J.K.M. z Małżonce Jego Służącego.

August Trzeci &c.

Znaymuiemy niniey szym Listem Naszym wszem wobec Komu o tym wiedzieć należy,

Iż

procurare, illa tamen promissio non fuit effectuata, qua
alias ad Validitatem Jurisdictionis s. cum Nemo in Regno
etiam in Bonis Suis Terrestribus Oppidum locare, et Jus
Theutonicum sine Privilegio, et Authoritate S. R. Ma„
jestatis concedere possit: necessaria omnino erat. Mo„
dòq; primum impetrârunt Privilegium â Sermo Ne„
Demo Regnante Approbationis prafata Erectionis Illmi
Janussij Alexandri Ducis cum Coaguatione cum Civi„
tate Varsavien. de Data Varsavia, Die Quartâ Julij,
Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quarto, Ma„
nu propria S. R. Mtis, et Sigillo Rni communitum.
Et insuper allegârunt, quòd Censum Terragium quot„
annis ab Annis circiter Sex ad Erarium S. R. Mtis
persolvunt. NOS Commissarij S. R. Mtis
non intrando in Cognitionem ejusdem Privilegij, illud
solùmmodo pro informatione S. R. Mtis connotavimus,
et ulteriora Nobis Commissa processimus. Et sub No.
31mo Ad Braxatorium S. R. Mtis, et Fundos in„
ter Iliazdow, et Kałęczyn sitos, in quibus idem Braxato„
rium Sumptu S. R. Mtis constructum consistit, Con„
tractus tantùmmodo temporaneos prælegimus, scilicet
Contractum Originalem inter Magum olim Vicedum,
Ministrum, et Plenipotentiarium S. R. Mtis, et Adm
R. R. Missionarios Domûs Varsavien. Locationis
ad tres Annos in rem S. R. Mtis sub Censu Annuo cer„
ta parte Mansi dicti Szeroka Wtoka in Kałęczyn
siti, cum Conditionibus ibidem expressis, Varsaviâ, Die
Duodecimâ Decembris, Anno Millesimo Septingentesimo
Vigesimo. Item sub eadem Data similem Con„

tractum Originalem cum Iisdem Adm R. R. Missiona„
rijs initum ratione certæ Sortis Villæ Kalęczyn cum
Domo Rębowczyzna nuncupata. Alia verò Documen„
ta sub eodem Nro in Fasciculo contenta, utpote Hyæ„
curationis Manualis Illrium, et Magnorum Bielińska,
Mareschalcæ Ræi, Matris, et Francisci Bieliński, Pa„
latini Moderni Culmensis, Filij, respectu Mansorum
Kalęczyńskie dictorum Super redemptione â præ„
fatis Adm R. R. Missionarijs in Summa Quindecem
Millium Tymphorum inscriptorum, et appromissa
in rem S. R. Mtis Cessionis, Die Decimâ Quartâ Au„
gusti, Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo S. R.
Mtti data, et Actis Metricis Ræi sub eodem Actu
roborata, uti non effectuata, à parte seposuimus.

Deinde sub Nro 32.do ad Bona Terrestria
Villarum Uiazdow, Czerniakow in Terra Varsavien„
ta cum Attinentijs per Illrem, et Magnum Theodorum Lu„
bomirski Capitaneum Scepusiensem pro Bonis Oecono„
micis Hens. S. R. Mtis Magnæ Procurationis Arcis Cra„
vien., scilicet Lobzow cum Nova Wies, et Palatio ibi„
dem sito, atq; Clavibus Czerniechowski, et Słomnicki
cum Attinentijs, Oppido, Prædijs, Villisq; eò pertinen„
tibus, atq; Villa Kokowa in Palatinatu Cracovien.
consisten. commutatis, nonnisi Specificationem Ori„
ginalium Documentorum præfata Commutationis in
Camera Oeconomica S. R. Mtis in Manibus Illris,
et Magci Ossolinski, Thesaurarij Curiæ Ræi repe„
ribilium; in Archivo S. R. Mtis cum Copijs eorunden
Jurium existare, atq; Copiam Obligationis suprasen„
pti Illris, et Magci Capnei Scepusien. S. R. Majestati

Anno

Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo data legimus, Extractum tamen Roborationis Contractûs prætata Commutationis Feriâ Quintâ post Dominicam Exaudi proximâ, Anno eodem per prætatum Illrem, et Magnum Capitaneum Scepuen facta ad Archivum S. R. Mtis comportavimus, eademq; Bona uti interesse Oecono„ micum tangentia, Juribus Hæreditarijs S. R. Mtis, et Serenorum Successorum Sanguinis non subesse de„ claramus. Nihilominùs quoniam ex Erario proprio S. R. Mtis meliramenta eorundem Bonorum commu„ tatorum facta sunt, et Inventarium auctum, Approbatio verò à Republica non sit subsecuta, Ideo pro„ videndo indemnitati S. R. Mtis, et Serenorum Suc„ corum Ejus Sanguinis, quatenus Nlis Jodanowski Regestrum seu Inventarium eorundem Melio„ ramentorum per Jnosum Franciscum Miller Capi„ tanum S. R. Mtis, et Administratorem prætatorum Bonorum, ad Archivum S. R. Mtis comportandum, unà cum Jnventario circa Traditionem reperto, ad Acta Castrens Varsavien per Oblatam porri„ gat, Ipsi demandamus.

Subsequenter sub eodem dto 32.do Revisis Juribus ad Archivum S. R. Mtis comportatis, ad Curiam muratam Arcadia dictam ad Uiazdow sitam, à S. R. Mte acquisitam, servientibus, vide„ licèt Donatione per Illres, et Magnos Theodorum, Capitaneum Scepuensem, Franciscum Gnalem in Exercitu Rni, et Josephum Capitaneum Pzcz„ kowiensem, Lubomirskie, Fratres inter se ger„ manos, Magnis Francisco Alosio Loski, Secca„

merario

merario Varsavien, Cancellaria Minoris Rni Regenti, et
Theresiæ Czaczkowska, Conjugibus, Corumq; Successoribus
suprafati Palatioli vulgò Arcadia unà cum Fundo, in quo
consistit, et prout in se latè, longè, et circumferentialiter
vigore anterioris Possessionis extabat, et protendebatur,
cum Cictione, coram Actis Metrices Rni Cancellaria Majoris,
Varsavia Feriâ Quintâ post Dominicam Judica Passionis
proximâ, Die scilicèt Vigesimâ primâ Mensis Martij,
Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo recognita,
tum Relatione data Intromissionis in idem Palatiolum,
et Fundum illius prafatis Magis Succamerariis Varsa-
vien per Nlem Alexandrum Siezieniewski Ministeria-
lem Rni Jmalem coram ijsdem Actis Metrices Rni, Varsa-
via Sabbatho, Pridie Dominica Jubilate Die Vigesimâ
Mensis Aprilis, Anno eodem facta; Recnonalia Dona-
tione per prafatos Magos Succamerarios Varsavien
dicti Palatioli Arcadia Illri, et Magco Francisco Maxi-
miliano de Tenczyn Ossolinski Thesaurario Curiæ
Regni, Illiusque Successoribus coram sapememora-
tis Actis Metrices Regni, Varsavia Sabbatho Pridie
Dominica Jubilate, Die, Mense, et Anno eodem cum
Cictione sufficienti sub Damnis Terrestribus, ac cum
Submissione Statutionis Amicorum duorum proxi-
miorum Consanguineorum de Linea Paterna Ma-
gnifica Succamerariska Varsavien ad Acta eadem
Metrices Regni, sive alia Authentica intra decur-
sum duodecim Septimanarum ad approbandam
eandem Donationem sub servisiis Damnis Ter-
restribus recognita; Atque Relatione data Intromis-
sionis Suprascripto Illustri, et Magnifico Thesaura-
rio Curiæ Regni per Probidum Albertum Ciesziakow-
ski Ministerialem

C

Sti Ministerialem Regni Gnalem coram ijsdem Actis
Metrices Regni, Varsavia Feriâ Secundâ in Crastino
Dominica Rogationum, Die scilicet Sextâ Mensis
Maij, Anno eidem Suprascripto subsecuta: De„
nique Donatione per memoratum Illustrem, et Ma„
gnificum Thesaurarium Curiæ Regni insistendo
Constitutioni Novellæ Grodnæ in Comitijs Gnalibus
proximè, et immediatè celebratis sancitæ, Sacræ
Regiæ Majestati feliciter moderno Regnanti, Ejusq;
Serenissimis Successoribus de Sanguine proceden„
tibus prætati Palatioli Arcadia cum Fundo per
Magnificos Costkie Conjuges in personam Ipsius
resignati, cum plenaria Evictione sub Damnis Terre„
stribus coram Actis Castren: Capitanealibus Varsa„
vien: Feriâ Quintâ Magna Cana Domini An„
no currenti recognita. NOS Commissarij
Sacræ Regiæ Majestatis eo considerato: Quòd li„
cèt quidem idem Palatiolum Arcadia dictum cum
Fundo ad Bona Uiazdow antiquitùs spectans, et
per prämentionatos Illustres Lubomirskie Fra„
tres avulsum, summopere Bonis Uiazdovien:
pro alijs Sacræ Regiæ Majestatis Oeconomicis
commutatis propter Aquæ Ductum sit necessarium,
et per Avulsionem, et distinctionem illius, Bonis
ijsdem Uiazdovien:sibus futuris temporibus damnum,
et incommodum adferri posset; Nihilominùs quoniam
Jus plenum Hæreditarium S. R. Mtti, et Serenis
Ejus Sanguinis Successoribus ex reproductis coram
Judicijs Nro Commissoriali Donationibus suppare„
censitis

censitis competat, et elicitur; Idcirco Dispositioni Sacræ Regiæ Majestatis ulteriori illud relinquendum esse sen„ tentiamus, et Actum Nrum Commissorialem ad Feriam Sextam proximè venturam limitamus.

Actum Varsaviæ in Palatio Sacræ Regiæ Majestatis Sandomiriensi dicto Feriâ Sex„ tâ post Festum Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis proximâ, Die scilicet Quar„ tâ Mensis Julij, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo.

Nos Commissarij S. R. Mtis in anteriori Actu expressi Actum Nrum præsentem Commisso„ rialem ob non expeditam de toto Taxam Palatij S. R. Mtis Casimiriens, et non comportata Jura ad Bo„ na Belwider, ad Diem Crastinam proulterioris illi„ us Continuationem limitamus.

Actum Varsaviæ in Palatio Sacræ Regiæ Majestatis Sandomiriensi Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis proximo, Die scilicet Quintâ Men„ sis Julij, Anno Domini Millesimo Septin„ gentesimo Vigesimo Septimo.

Coram Magco, et Jnclis Antonio Sebastiano Dębo„ wski Regente Cancellariæ Regni Majoris, Capitaneo Tymbariens, et Będzinensi, Sebastiano Fabiano Rybczynski, Decretorum Curiæ Regni Notario, Cbm„

Stephano Sarolo

Stephoro Carolo Izbranth Colonello S. R. Mtis, Daniele Joachimo Jauth, Majore Artilleriæ Rñi, et S. R. Mtis, atq; Michaele Nagrodzki e S. R. Mtis Scrio, et Judiciorum Refe„ rendario Rñi Notario, Commissarijs â S. R. Mtte Deputatis, in Termino ex Limitatione conservato, et ex Obdestina„ tione Possessorum Fundorum Palatij Casimirien S. R. Mtis, comparuit personaliter Admõ Rndus, et Relus P. Timo„ theus â S. Christophoro Scholarum Piarum, Clericorum Pauperum Matris Dei Collegij Varsavien, Confessarius Devdicatarum Monialium Visitationis Bmæ Mariæ Vir„ ginis Conventûs Varsavien Regulæ S. Salesij, Nomine, et in rem Earundem Devdicatarum Monialium agens, et ex„ hibuit Inscriptionem Juris Emphiteutici ad Viginti Annos ex Censu Annuo Florenorum Viginti Polon coram Actis Con„ sistorij Varsavien Die Vigesimâ primâ Aprilis, Anno Mil„ lesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo per Religiosam Mariam Eleonoram de Ponscin Superiorissam, Claudi„ am Agnetem Kamuzet, Franciscam Amatam de The„ lis, Franciscam Magdalenam de Blanchel, Claudiam Mariam Freman, Consiliatrices, Suis, et totius Mona„ sterij Suprascripti ad Crates Vestibuli coram Nli olim Simo„ ne Olevicki Notario Consistorij Varsavien, ex Mandato Illustrissimi olim Sevigicki protunc Officialis Varsavien constitutas recognitam, quâ Hortum habentes inter Hor„ tos Suum alterum abuna, et Regalem intra Palatium Regium Casimirien versus Insulam partibus ab alte„ ra situm desertum, Nlibus Lazaro Nollett, Præfecto Culinæ S. Reginalis Majestatis, et Carolæ Pezeij Con„ jugibus, eorumq; Successoribus in Emphiteusim, alias in Censum Florenorum Viginti Polon quolibet Anno pro Fe„ sto S. Martini incipiendo ab eodem Anno Millesimo Sex„ centesimo Sexagesimo Septimo ad Manus Earum solvendo

dederunt, allegaviteq; quòd Gnōsus olim Loci, Parens Gnōsi
Augustini Loci, Dapiferi Visegrodien. in vim Susceptæ
ad Monasterium Filiæ Ipsius, Sororis verò germanæ
prædicti Gnosi Dapiferi Visegrodien. visu orbatæ, Hortum
eundem prædictis Monialibus oretenus donaverit, et de
Consensu Serenæ Ludovicæ Reginæ in Possessionem
Earum dimiserit, nullaq; Jura petendi, præter eandem
Inscriptionem Emphiteuticam Easdem Moniales ha„
bere intulit, ac circa Possessionem ejusdem Horti præ„
scriptam Ipsas conservari petijt.
Comparuerunt quoq; personaliter Famati Albertus
Pierzchowski, et Catharina Conjuges, Possessores Domun„
culæ, perse in eodem Horto circa Muros Hortum Dotalem
Earundem Relictarum Monialium dividentes, de Consen„
su tantùm Verbali Earundem ante tres Annos exaditica„
tæ, agnoveruntq; quòd Censum Terragium adhuc prædictis Moni„
alibus non solverunt, negq; etiam ad Thesaurum S. R. Mttis com„
portare sine Decisione Juris Hæreditarij, hinc inde præten„
si, potuerunt; Denicq; intulerunt quòd Servitutem defluxûs a„
quarum ex Canalibus defluentium, et aliquando inunda„
tionem Insulæ patiantur.
In oppositum ex parte Thesauri S. R. Mttis D. Clemen„
tissimi representata sunt coram Judicio Nostro Commissori„
ali Litera Missiva Illis Siemiginowski Secretarij Sere„
nissimi olim Constantini Principis Regij Illis olim Cleu„
ter Pictoris Regij Filij ad Illem Carolum Gierken Pictorem
S. R. Mttis ex Mandato Ejusdem Serenni Principis Constan„
tini Scripta, Prima de Data Vratislaviæ die Vigesimâ
Martij Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo Se„
cundo, cum expressione quòd circa divenditionem Sæpe„
fati Palatij Casimirien. omnes gratiæ Cuicunq; per
Serenissimos Vladislaum IV., Joannem Casimi„
rum, atq;

mirum, atq; Joannem III. Serenissimosq; Principes
Regios concessa, cessare debeant, Altera de Data itidem
Vratislaviæ Die Decimâ quartâ Decembris, Anno Millesi„
mo Septingentesimo Vigesimo Tertio exprimentes quòd
Gnõsus Locci Jus tantùm Advitalitium habuerit, nec po„
tuit Fundum Regalem Hæreditarium in Monasterium pra„
tatarum Monialium transferre, et alienare, illudq; Privile„
gium Regium Advitalitatis in Originali vidisse, et legisse
supramentionatus Nlis Gierken judicialiter testatus est.
Insuper Judicii Nro Commissoriali demonstratum, et ex
Decreto Commissionis Typicen in anterioribus Actibus
specificato, Anno Millesimo Sexcentesimo Septuage„
mo Septimo, die Tertiâ Septembris lato, judicialiter in
Originali præfato deductum est, supratatum Nlem La„
tarum Nollett nonnisi Privilegium Advitalitatis â
Sermo Joanne Casimiro super Domo Lignea
circa Palatium Casimiriense sitâ, et extructionem
Mansionum jam pridem sublatarum sibi præstudi„
visse, eamq; præstoditionem per Judicium Commisso„
riale Reipublicæ admissam esse, adeoq; Hæreditatem
Fundi ejusdem S. R. Mtti adjudicari, Possessores Pier„
choustkie, uti sine Consensu S. R. Mtis Fundum præfa„
tum occupantes amoveri, Illorumq; Ædificia demoli
petitum est.

NOS Commissarij S. R. Mtis D. Clementinus atten„
to; Quòd Devotæ Moniales Visitationis B. Mariæ
Virginis Supramemoratæ nullum Jus petendi præten„
sæ Sub Hæreditatis super Fundum, in quo antea Hortus
Nolerzianus plantatus erat, et degunt, coram Judicio
Nro Commissoriali deducunt, Jus verò Advitalitium Gnõ
olim Locci, Parenti Gnõsi Dapiferi Visbogrodien, atque

Nis Nollett Emphiteuticum, et subsequenter Advitali„
tium, cum Personis Eorum extinctum est, et Revisione ejs
et Inventario Palatij ejusdem Casimirien S. R. Mtis An„
no Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quarto per Nayos,
et Gnosos Commissarios S. R. Mtis peracta, et conscripto, atq;
ex Oculari Gnosorum Deputatorum è medio Judicij Nostri
inspectione circa Expeditionem Tactæ præfati Palatij facta,
clarè patet Fundum, de quo res, fuisse et esse Regium ad
Palatium Casimiriense antiquitus spectans, et extra Limi„
tes antiquæ Fundationis Earundem Relsarum Moniali„
um, nempe extra Muros Hortum Illarum claudentes
situm esse; quapropter Earundem Relsarum Monniali„
um prætensionem incompetentem esse sententiamus,
ac eundem Fundum ad Palatium S. R. Mtis Casimirien
perpetuis temporibus spectare, et pertinere debere
decernimus, modernos verò illius Possessores F F Pierz„
chowskie Conjuges ad Clementiam et Dispositionem
liberam S. R. Mtis remittimus: Interim verò quatenus
respectu Censûs Terragij juremeritò inrecognitionem
directi Dominij Fundi Erario S. R. Mtis debiti cum The„
sauro S. R. Majestatis pro Annis præteritis Suæ Possessi„
onis componant, eisdem mandamus. Pariter Præ„
tensionem ex parte Possessorum Palatij Denhoffovi„
ani intuitu Particulæ certæ Fundi in declivitate Montis,
et Palatij S. R. Mtis Casimiriani versus idem Palati„
um Denhoffovianum se ad Vistulam protendentis,
adhærendo Privilegio Sermi olim Joannis Casimiri
Regis Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Octa„
vi Maijo olim Denhoff Succamerario Pri volla„
to, quo Hortus Casimirien in eodem Privilegio Limi„
tibus Suis

tibus suis circumscriptus ad idem Palatium adjunctus, et donatus est, attentisq;, et revisis eisdem antiquis Limi„ tibus, muro circumcirca clausis, inumpetentem esse judicamus, eandemq; Particulam Fundi antehac contro„ versi, Taxa Officiosa per judicium Nrum Commissoriale demandata subesse declaramus.

Quò verò ad Plateolam inter Hospitale S. Rochi, et Stabula murata S. R. Mtis obtrusam, Dedicatas Monniales Charita„ tis, quatenus in ulteriori Tractu Commissionis Nrae Jura sua producant, avisare Eas mandamus. Et quia Relatio Taxa suprafati Palatij S. R. Mtis Casimirien expedita, necdum est facta, et extradita, Juraq; ad Bona Ter„ restria Belweder S. R. Mtis servientia subtus 33tio in Mappa delineata non sunt comportata; Ideo ad effectum faciendæ Relationis Taxæ expeditæ, et Com„ portationis Jurium Belvederiensium, Actum Nrum Commissoriale ad Feriam Secundam proximè ven„ turam limitamus.

Actum Varsaviæ in Palatio Sandomi„ riensi dictæ Feriâ Secundâ post Festum Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis proximâ, Die scilicet Septima Mensis Julij, Anno Domini Millesimo Septingen„ tesimo Vigesimo Septimo.

Nos Commissarij S. R. Mtis in anteriori Actu expressi ex Rationibus circa Limitationem Nram anteriorem descriptis, et ex alijs Animum Judicij

Nri permoventibus rursus Actum Nostrum Commis„
sionalem ad Diem crastinam rejicimus, et limitamus.

Actum Varsaviæ, in Palatio Sando„
miriensi dicto per Sacram Regiam Ma„
jestatem posesso, Sabbatho post Festum Vi„
sitationis Beatissimæ Mariæ Virginis pro„
ximo, Die scilicet Octavâ Mensis Julij An„
no Domini Millesimo Septingentesimo Vige„
simo Septimo.

Coram Magis et Gnōzis Antonio Sebastiano Dębowski
Regente Cancellaria Rni Majoris, Tymbarien, Będzi„
nen Capitaneo, Constantino Francisco Mokronowski
Vexillifero Terræ, et Judice Castren Capitaneali Varsavien,
ac Marschalcatūs Rni, Christophoro Carolo Izbranth,
Colonello S. R. Mtis, Daniele Joachimo Iduch Majore
Artilleriæ Rni et S. R. Mtis, atq; Michaele Nagrodzki
S. R. Mtis Scriv, et Judiciorum Referen Rni Notario,
Commissarijs per speciale Rescriptum S. R. Mtis Depu„
tatis, comparuit personaliter Gnosus Wolmar
Thesaurarius S. R. Mtis, et Munimenta ad Curiam Bel„
weder, et Bona ad eandem Curiam spectantia, servientia,
de Manibus Illris et Magci Jacobi in Skrzynno Dunin—
Referendarij Rni, Capitanei Radoszycen recepta ad
Judicium Brum Commissoriale vigore anteriorum Limita„
tionum Nrarum comportavit; ijsdemq; comportatis revi„
sis, et Subtto 33tio connotatis; Et inprimis Statu sau„
sa per Magcum Szymanowski Capitaneum Visogro„
dien descripto, tum Assecurationibus, seu Obligatio„
nibus binis Originalibus, Prima Gnōzi Michaelis Epe„
riasz, et Gnōza

riaſz, et Gnōsa Catharina Michałowska super Summam
Mille Tymphonum in Specie sine additamento Nli Alexan„
dro Roſs, Mercatori Curien, die Undecimâ Octobris, Anno
Millesimo Septingentesimo primo, Varsaviæ in solidum data
cum præfixione Termini Solutionis pro Vigesima Sexta De„
cembris ejusdem Anni, sub vadio similis Summæ. Altera
Illris, et Magci Pac, Equitis Melitensis, et Ejusdem Gnōsa Mi„
chałowska super Summa Mille Nongingentorum Quingua„
ginta Tymphonum dicto Nli Alexandro Roſs in solidum
Varsaviæ die decimâ quartâ Mensis Octobris Anno eodem
data cum præfixione Termini Solutionis mediis diebus
Quadragesimæ in Anno Millesimo Septingentesimo Secundo;
Tertia Assignatione Ejusdem Magci Pac Equitis Melitēn
ad præfatam Gnōsam Michałowska super Summam Duo„
rum Millium Ducentorum Quinquaginta Tymphonum Ei„
dem Nli Roſs, sive cuivis Exhibitori, Varsaviæ die Vigesi„
mâ Nonâ Junij, Anno Millesimo Septingentesimo Secundo,
manu propria Ejusdem Magci Pac Subscripta, et per sæpe„
fatam Gnōsam Michałowska acceptata, cum Annotatione
receptorum Quinquaginta Tymphonum, et residui duorum
Millium ducentorum restantis, manu Ejusdem Gnōsæ
Michałowska subscripta: Item trinis Literis Missivis præ„
nominati Illris, et Magci Pac Equitis Melitēn ad Magcum
Szymanowski, Capitaneum Visegrodien, protunc Da„
piferum Varsavien scriptis, et manu propriâ subscriptis
Die Secundâ Aprilis, Anno Millesimo Septingentesimo
Decimo quarto in Dowspuda, alia, die trigesima Junij,
Anno eodem in Olecko; Tertia, Secundâ Octobris eodem
Anno Grodnæ, quibus Idem Magcus Pac agnovit Sum„
mas supræfatas trinas Nli Roſs debitas, obligavitq;
se, et asecuravit, aut præfato Nli Roſs, aut Eidem
Magco Szymanowski integrè solutarum sine strepitu

Juris

Juris rogando patientiam; Et insuper expehit quòd pra„
fata Gnosa Michatowska habuerat Plenipotentiam arren„
dandi Palatium Suum, et ex arenda, aut aliundè solvendi:
Visoquè Processu in fundamento Supra scripti Juris pe„
tendi super prafatis Debitoribus trinis, seorsivis Actorati„
bus perducto utpotè Relatione posita Citationis prima
ex parte Dñi Alexandri Ross, contra Gnosam Michato„
wska ad Judicia Querelarum Castren Varsavien edi„
ta ratione Summa Duorum Millium ducentorum Typ„
phonum in Curia Regia Varsavien Feriâ Quintâ
Magnâ Cana Domini, Anno Millesimo Septingente„
simo Decimo Tertio, tum alterius sub eodem Actu ex
parte Ejusdem Dñi Ross, contra Magum Pac, et Gno„
sam Michatowska intuitu Summa Mille Nongingen„
rum quinquaginta Typphonum, atqꝫ tertia sub eodem
Actu ex instantia Ejusdem contra Gnosam Cpeniasz, et
Gnosam Michatowska occasione Summa Mille Typ„
phonum, per Dñem Chrisostomum Jamont, Minist„
rialem Rñi Gnalem rewgnitâ; Item Lauris, seu Con„
demnationibus trinis in prafatis Judicijs Querelarum
Officij Castren Varsavien obtentis super prafatis Debi„
toribus ex distinctis Actoratibus prarmemoratis; nec
non Cessione suprafatarum trium Summarum per
sapememoratum Dñem Alexandrum Ross in per„
sonam Magi Michaelis Szymanowski, protunc Dapi„
feri Varsavien in Curia Regia Varsavien Feriâ Sex„
tâ in Vigilia Festi Nativitatis S. Joannis Baptista, Anno ob„
tenti prafati Processûs Millesimo Septingentesimo Decimo Ter„
tio facta, atqꝫ seorsivo Processu per prarmemoratum Magum
Capitaneum Visogrodien perducto, scilicet Relationibus
trinis positarum Citationum contra Eosdem Debitores
in Curia Regia

in Curia Regia Varsavien Feriâ Quintâ post Festum Vi„
x sitationis Bæ Virginis Mariæ, Anno eodem recognitis, atq; B
Decretis trinis Scriptionis, sive prorogationis Termini
in Terminis Querelarum, Judicijq; Officij Castren Capne„
alis Varsavien, Feriâ Quintâ ipso Die Festi S. Margaretha„
Virginis et Martyris, Anno prænemorato super
sessionibus Actoratibus suprascriptis latis, tum Condemna„
tionibus itidem trinis cum publicata pœna Banitionis
perpetuæ, Feriâ Quintâ post Dominicam Invocavit Quadrage„
simalem proximâ, Anno Millesimo Septingentesimo Decimo
Quarto obtentis: Item Lucris itidem trinis sessionibus ulteri„
oris Executionis Feriâ Quintâ pridie Festi Conversionis S. Pau„
li Apostoli, Anno Millesimo Septingentesimo Decimo Quin„
to cum publicatione sessionis pœna Banitionis perpetuæ,
et Oblatis itidem trinis Executionum trinarum sessio„
narum per Officium Burgrabiale Castren Capitaneale
Varsavien, utpote Gnōsum Albertum Jankowski Burgra„
bium Castren Varsavien Feriâ Quintâ post Festum Sæ
Agnetis Virginis, et Martyris cum remissa ad idem Officium Ca„
stren Varsavien ob impugnationem Honesti Ostrasinski
Famuli Gnōsi Jankowski, Notarij Thesauri Rēi, dicti Pa„
latij Belweder, protunc Tenutarij peractarum, Feriâ Quin„
tâ pridie Festi Conversionis S. Pauli Apostoli, Anno eoden
factis. Item Lucris itidem trinis sessionibus ultimaria
Executionis super ijsdem Citatis, et Impugnatoribus,
ac cujus Nomine impugnatum est cum publicatione
Pœnæ Banitionis perpetuæ in prælegato Officio Ca„
stren Varsavien Feriâ Quintâ post Festum Sæ Agne„
tis Virginis, et Martyris proximâ, Et Oblatis itidem
trinis trinarum Executionum in Curia Belwede„
ren Feriâ Secundâ Pridie Festi S. Agnetis proxi„
mâ

mâ per Gnosum Franciscum Przytuski, Burgrabium
Castren Varsavien peractarum cum remissione ad
Judicia Terminorum Querelarum Officij Castren Var,
savien Feriâ Quartâ post Festum S. Agnetis Virgi,
nis, et Martyris proximâ, Anno Millesimo Septingen,
tesimo Decimo Sexto facta, atq; alijs Oblatis itidem tri,
nis trinarum Executionum Lucrorum ulteriorisfor,
tis, finalis, et indilata Executionis cum publicatione
pœnæ Banitionis perpetuæ Feriâ Quintâ post Festum
S. Margaretha Virginis, et Martyris obtentorum per
suprascriptum Gnosum Przytuski Burgrabium Varsa,
vien Feriâ Secundâ post Dominicam Invocavit Qua,
dragesimalem proximâ, Anno eodem Millesimo Se,
ptingentesimo Decimo Sexto cum Remissione ad
Judicia Tribunalis Rñi Gnalis Petricovien sive Lu,
blinen expeditarum per Nlem Joannem Sadlucki
Feriâ Tertiâ post Dominicam Invocavit Lucadraye,
simalem proximâ Anno eodem, coram Officio Castren
Varsavien factis: Demum Condemnationibus
itidem trinis Petricovia in Judicijs Ordinarijs Tribu,
nalis Rñi Gnalis Feriâ Quintâ post Festum S. Lu,
ca Evangelistæ proximâ, Anno Millesimo Septin,
gentesimo Decimo Septimo iterata Ultimaria, for,
tis, finalis Executionis cum Publicatione Pœnæ Ba,
nitionis perpetuæ; Atq; Oblata Traditionis unà
cum Inventario Bonorum Belweder per Gnosum
Joannem â Windyki Grzybowski Burgrabium Cas,
tren Varsavien Sabbatho post Festum S. An,
dreæ Apostoli proximo, Anno eodem expedita, et
ad Acta Castren Varsavien Feriâ Tertiâ post Festum
Sanctæ Luciæ Virginis

Sancta Lucia Virginis et Martyris proximâ, Anno proximè mentionato facta. Item Relatione Ministeria„ lis Rñi Jñalis Providi Pauli Niewczas Citationis ad Castr. ad Judicia Tribunalis Rñi Petricovien. ex Instantia Supra„ fatorum Debitorum, et Impugnatoris Arendatarij Possesso„ ris coram Actis Castren. Zakroczymen. Sabbatho post Festum Commemorationis Animarum Fidelium Defun„ ctorum proximo, Anno Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo recognita: Ad extremum Condemnatione Tri„ bunalis Rñi Jñalis Petricoviensis Feriâ Quartâ post Do„ minicam Oculi Quadragesimalem proximâ, Anno Millesi„ mo Septingentesimo Decimo Nono super prafatis Actori„ bus Castanda per Magnificum Capitaneum Visogrodien. cum Publicatione Pana Banitionis perpetuâ, et Appro„ batione quatuor Anteriorum Condemnationum, tum Traditionis Bonorum Belweder obtenta: Subsequen„ ter post ejusmodi plenariam Convictionem, Cessione de prafatis Summistrinis in unum ad Summam Quinque Millium Centum Quinquaginta Tymphonum compu„ tatis, et Processu perducto in Personam Illris, et Magci Jacobi Dunin, protunc Regentis Cancellaria Rñi Ma„ joris, ad presens Referendarij Rñi per prafatum Ma„ gnificum Capitaneum Visogrodiensem coram Actis Castren. Varsavien. Sabbatho ante Festa Solennia S. Pentecosten proximo, Anno Millesimo Septingentesi„ mo Vigesimo facta; Atq; Approbatione Scripti certi in rem, et Personam prafati Illris Moderni Referen„ darij Rñi, de data illius Varsavia Sabbatho ante Festa Solennia S. Pentecosten Anno eodem conscripti; Manu„ propriâ Magnifici Capitanei Visogrodien. subscri„ pti, et Vadio Octingentorum Quinquaginta Tymphorum

firmati: Ad extremum Trinis Originalibus Citatio„
nibus ad Judicia Tribunalis Rñi Petricovien ex Jn„
stantia supramemorati Magci Pac Equitis Meliten,
tum Gnosorum Michałowska et Hasłowski Magnificis
Capitaneo Visogrodien, Dąbrowski Equiti Melisen,
et Illri Referendario Rñi, Bonorum Belweder Posse„
soribus, alijsq; Pacorianis Creditoribus ad Cassan edi„
tis, atq; profinali Decreto Condescensoriali Officiorum Cer„
nen, et Ostrovien ad Bona Belweder, et alia Pacoriana cum
Creditoribus lato, Oblataq; illius ad Acta Castren Cernen
Pridie Festi S. Martini Pontificis, Anno Millesimo Septin„
gentesimo Vigesimo Quinto comportato: quo Summa
Quinque Millium Centum Quinquaginta Tymphorum per
Illm, et Magcum Dunin Referendarium Rñi, protunc
Regentem Areproprio S. R. Mtis Magcus Capitaneo Viso„
grodien excluta, tum et altera Trium Millium Tympho„
rum V. Capitulo Varsavien in Bonis Belweder adju„
dicata, et Jure Potioritatis collocata, aliorum verò Credito„
rum Clases in Bonis Sedzion, et alijs Pacorianis con„
stituta, eâ adjectâ Lege pro Creditoribus Jure deterior
positis, quod Creditoribus deterioris Juris, antelatiores de„
portare tum et Successoribus Pacorianis Bona memo„
rata eximere licitum erit: / trutinato et pensato.
Nos Commissarij S. R. Mtis Dñi Clementi
ex attento: Quod Idem Illris et Magcus Dunin Re„
ferendarius Rñi pro suis prætensionibus ex vi prætata
Cessionis, et Decreti Condescensionalis pullulantibus
â Thesauro S. R. Mtis jam est satisfactus, idq; qua„
tenus Cessionem de Jure suo, quod, et quale ad Bona,
et Bona Belweder Areproprio S. R. Mtis acqui„
sita habet, in Personam S. R. Mtis, et Serenissimorum Ejus
Sanguinis

Sanguinis Successorum coram Actis competentibus re„
cognoscat, et de Exolutione Summæ per Gnosum Volmar
ex Mandato S. R. Mttis soluta Thesaurum S. R. Mtis
officiose quietet, eandemq; Cessionem cum Quietatione,
tum Oblatam Actûs Condescensionalis Potioritatis, atq;
Scriptum Originale Magci Capitanei Visogrodien
coram Actis Castren Varsavien roboratum ad Archi„
vum S. R. Mttis comportet, Ipsum quàmprimùm re„
dieris Varsaviam Authoritate S. R. Mttis requirendu
esse censemus, et Eidem Gnoso Volmar committimus.
Quâ peractâ Revisione Iurium Belwederien consequen„
ter Sub fto. 34to ad Bona Villæ Sielce directi Domi„
nij Rndmi Decani Varsavien Ecclesiæ Collegiatæ S. Joan„
nis Baptistæ per Perillrem olim Nicolaum Tomistawski
Decanum Varsavien ad Annos quindecem Jure Emphiteuti„
co Nli olim Alberto Komorkiewicz Superintendenti Came„
rarum S. R. Mttis Salinarium, et Eva Conjugibus, sub
Conditione Meliorationis Bonorum prætactorum ex Cen„
su Annuo Florenorum Centum anticipativè pro quolibet
Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ, et intuitu Liber„
na Subsolutione Florenorum Quadraginta Sex dimissa, non
nisi in Archivo S. R. Mttis Contractum Originalem inter
prætactum Perillrem Tomistawski Decanum, et Nles Komor„
kiewicze Conjuges Varsavia Die Vigesimâ Quarta Julij,
Anno Millesimo Septingentesimo Duodecimo initum,
Manibusq; propriis Contrahentium Subscriptum, et per
Illmum, et Reverendmum olim Michaelem Bartholo„
meum Tarlo, Episcopum Posnanien, Varsavia, Die Deci„
mâ Octavâ Maij, Anno Millesimo Septingentesimo Decimo
Quarto approbatum invenimus, et connotavimus. Et
quia ijdem Nles Komorkiewicze Conjuges stante eoden
Jure Emphiteutico, de prætacto Jure Suo in Personam

Dñis Udini Superintendentis Theloneorum Thesau„
ri Rñi Camerarum Ducatûs Masovia fecerunt, jam verò
supratatus Dñis Udiñ recepta est Thesauro S. R. Mttis pro
residuis annis Suæ Emphiteusis, et pro Inventario per se com„
parato, plenariâ Satisfactione, in rem S. R. Mttis eadem
Bona dimisit, et Magco olim Fidedon, S. R. Mttis Curiæ
Mareschalco, et Ministro Statûs Saxonici cætera Muni„
menta se reddidisse allegat; Quapropter quatenus præ„
fatæ Cessiones, præcipuè verò Inventaria vindicentur, et
ad Archivum S. R. Mttis comportentur Dñis Joannis Jo„
lanowski Curæ committimus. Quoniam autem ex præfa„
to Contractu per Dos revisо elicitur jam in Anno nunc
currenti pro Festo immediatè præterito Nativitatis S. Jo„
annis Baptistæ Emphiteusim expirasse, novumq; Contra„
ctum prorogationis ulterioris Emphiteusis, sive Aren„
dæ, mediante Operâ Illris, et Magci Thesaurarij Curiæ
Rñi pro pretio Mille Florenorum Polon annuatim solven„
do cum Illmo et Rndmo Francisco Kobielski, Suffragano
Vladislaviensi, moderno Decano Varsavien, initum,
non tamen adhuc subscriptum esse constat, ea propter post„
eaquàm idem Contractus perfectus fuerit, ut idem Dñis
Jolanowski comportationem ejus ad Archivum S. R.
Mttis procuret, eidem demandamus.
Postmodum Subto 35to = processimus ad Revi„
sionem Juriũm ad Montem, et Palatium Mariemont
dictum cum Molendinis servientium. Visâq; Cessione
per Magnificum Constantinum Franciscum Mokro„
nowski, Vexilliferum Terræ, et Judicem Castren Varsa„
vien, Serenmi Principis Regij Poloniæ Constantini,
Commissarium, et Plenipotentem, adprasens Commis„
sarium S. R. Mttis, in personam Illmi, et Magci Joan„
nis in Stupow Szembek Supremi Rñi Cancellarij
Lomzen,

Lomzen, Graudentinen, Capitanei, Molendini Papier„
nia dicti Donatarij S. R. Mttis, Ejusq; legitimorum
Successorum, in Curia Regia Varsaviensi Feriâ Sextâ
ipso Die Festi S. Francisci Confessoris, Anno Millesi„
mo Septingentesimo Vigesimo, de omni, et integro Jure
Ejusdem Sermi Principis Regij super idem Palatium,
seu Curiam muratam, aliaq; Aedificia lignea circa Molen„
dinum Papiernia vocitatum versus Suburbia Civitatis
Novæ Varsaviæ, in Confinio Montis Regij Relsorum P. P.
Camaldulen, situm exstructa, et consistentia, adipsumq;
Montem habito, recognita: Item sub Rto. eodem Revso
Privilegio Consensûs S. R. Mttis cedendi de Molendino
alio parvo Aquatico tritico sub Monte eodem Mariamont
Illi, et Magco Josepho Potocki, Palatino Kijovia, Capitaneo
Varsaviens, in personam suprascripti Illmi, et Magci Supre„
mi Rni Cancellarij, de Datum Varsaviæ, Die Vigesimâ Men„
sis Martij, Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo Sex„
to Dato, Manu S. R. Mttis propria Subscripto, et Sigillo
Rni Cancellariæ Majoris communito; Atq; ipsâmet Cessio„
ne coram Actis Metricis Rni Cancellariæ Majoris, Var„
saviæ, Sabbatho pridie Dominicæ Oculi Quadragesima„
lis, Die Vigesimâ Tertiâ ejusdem Mensis, et Anni per
prænemoratum Illrem et Magcum Palatinum Kijovia,
Capreum Varsaviens, in personam prælati Illmi et
Magci Supremi Rni Cancellarij de omni, et integro Jure
suo Advitalitio recognita; necnon Relatione Intromissi„
onis in prælatum Molendinum, Die Sabbathi pridie Do„
minicæ Lætare nemine impugnante collata, per Provi„
dum Casimirum Cybulski, Ministerialem Rni Gnalem,
Feriâ Tertia post Dominicam Lætare Quadragesima„
lem, Anno eodem factâ; Habitaq; informatione per
Magcum Regentem Cancellariæ Rni Commissarium

S. R. Mttis, quia Idem Illmus, et Magcus Supremus Rni Can„
cellarius Reversales Suas Literas, quòd non in rem Suam,
verùm in rem S. R. Mttis eadem Molendina et Montem cum
Palatio, seu Curia Mariamont acquisiverit, S. R. Mtti dederit.
Nos Commissarij S. R. Mttis Licet quidem per Constituti„
onem Novellam Palatium idem Mariamont cum Molendi„
nis S. R. Mtti, et Semmis Successoribus Ejus Sanguinis Ju„
re Hereditario donatum sit, adeoq; Sola hac Constitutio
pro pleno Jure Hereditatis S. R. Mttis sufficeret, pro fir„
miori tamen fundamento necessariam esse Cessionem de Jure,
quod, et quale Idem Illris et Magcus Cancellarius Rni ad
Montem, et Palatium Mariamont, et Molendina habuit, in
Personam S. R. Mttis, et Sermorum Successorum Ejus San„
guinis faciendam decernimus, et Reversales Literas com„
portari ad Archivum S. R. Mttis mandamus.
Tandem descendendo Sub Nro. 36to ad Revisionem
Documentorum Canalis pro Conservatione Navium Re„
giarum in Fundis Villa Polkow Adm Rndor et Relsorum
P. P. Camaldulensium Hereditarijs, Are proprio S. R. Mttis
effosi; Lectâ Oblata Contractûs inter Illmum, et Magcum
Joannem in Slupow Szembek Supremum Rni Cancel„
larium in rem S. R. Mttis agentem ab una, et prafatos
Relsos P. P. Camaldulenses parte ab altera, Varsaviæ
Die Secundâ Aprilis, Anno Millesimo Septingentesimo
Decimo Septimo initi; ad Acta Castren; Capnealia Var„
saven; Feriâ Secundâ ante Festum S. Egidij Abbatis,
Anno eodem facta, quo mediante: prafati Relsi P. P.
particulam Fundi sui Polkowien; seu Locum pro
Canali fodiendo ad Conservationem Navium Regi„
arum, ad Usum S. R. Mtti Cesserunt, idq; pro Summa
Sex Millium Floren; Polon; cum ea Conditione: quòd
postquàm S. R. Mtas hoc Fundo uti noluerit, idem
Fundus ad Eosdem Relsos redire, et reverti debebit.
Nos Commissarij

Nos Commissarij S. R. Mtis negotium hujusce Ca„
nalis ad Dispositionem ulteriorem S. R. Mtis remittimus;
Revisionem autem Fundorum in eadem Villa Potkow
Hæreditatis præditorum Stan Rndorum et Relsorum
P. P. Camaldulensium Jaktauz nuncupatorum, pro„
ut et Relationem Taxæ Palatij Casimirien faciendam
ob angustiam temporis ad futuram Diem Feriam Sex„
tam proximè venturam reijcimus.

Actum Varsaviæ in Palatio Sacræ Regiæ
Majestatis Sandomirien si, Feriâ Sextâ
ante Festum Sanctæ Margarethæ Vir„
ginis et Martyris proximâ, Die scilicet
Undecimâ Mensis Julij, Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo.

Ob ingruentem tempestatem Cæli, Actus Commissorialis
S. R. Mtis ad Diem Crastinam nempe Duodecimam Men„
sis Julij Anni currentis pro ulteriori Revisionis Juriu[m]
S. R. Mtis Continuatione limitatus est.

Actum Varsaviæ Sabbatho Pridie Festi
Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris,
Die scilicet Duodecima Mensis Julij, Anno Do„
mini Millesimo Septingentesimo Vigesimo
Septimo.

Coram Perillri et Rndmo Josepho in Zatuskie Za„
tuski Archidiacono Putzovien in Cathedrali Plocen
Magis Antonio Sebastiano Dębowski Regente Can„
cellariæ

cellaria Rñi Majoris, Tymbarien, Bedzinen Capitaneo,
Constantino Francisco Mokronowski, Vexillifero Terra,
et Judice Castren Varsavien, ac Mareschalcatus Rñi,
Sebastiano Fabiano Rybczynski, Decretorum Curia Rñi
Notario, Christophoro Carolo Izbranth, Colonello S. R. Ma,
jestatis, Daniele Joachimo Jauch, Majore Artilleria Rñi,
atq; Michaele Nagrodzki S. R. Mtis Scrio, et Judiciorum
Regen Rñi Notario, Commissarijs â S. R. Mtte specia,
liter datis, et assignatis, in Termino et Limitationibus
Rñis incidente, comparuerunt personaliter Adm Rndi,
et Relsi P. P. Gabriel Prior, et Ludovicus Causarum Pro,
curator Ordinis Camaldulensis Cremi ad Varsaviam, Mon,
tis Regij Suis, et totius Cremi Nominibus agentes, que,
relamq; Suam respectu Viæ destructæ in Loco Canalis
in anteriori Actu specificato in Villa Polkow sito fece,
runt; et insuper ad Curiam in Fundis Sui Cremi sitam
Subtto. 37.mo in Mappa delineatam Jakttauz, seu
Dom Lowiecki nuncupatam, per Magcum olim Casimi,
rum Joannem Brzezinski Succamerarium Nuren exa,
dificatam Jura Sua exhibuerunt: Utpote Actum Capi,
tuli Conventualis Die Vigesimâ Tertiâ Octobris, Anno Mil,
lesimo Sexcentesimo Octuagesimo Septimo celebrati, quo
Adm R. R. P. P. ac F. F. Camaldulenses Vocales ad Capi,
tulum congregati consenserunt, ut possit Idem Magcus
Succamerarius Nuren penes Cremum Suam extra Por,
tam aliquod Ædificium ad extrema Vitæ Suæ tempora
pro Sua Commoditate extruere cum electione Sepultu,
ræ in Ecclesia dicti Cremi, quem Consensum Capitu,
li Sequenti Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo
Octavo Adm Rndus Pater Nicolaus Majer ceu Genera,
lis totius

lis totius Ordinis Camaldulensis cum Suis Assistenti„
bus Patribus in Actu Visitationis ejusdem Eremi appro„
bavit, inquantum ad Ipsum spectat, servatis tamen ser„
vandis, et sub ea Clausula: Ne post sera fata prædicti
Magci Succamerarij Successor, vel Hæres Ipsius jus
aliquod prætendere possit. Item exhibuerunt Donati„
onem Curiæ seu Curiarum Suarum medio Miliari â Var„
savia versus Occidentem plagam in Monte eodem Re„
gio Fundo Suo ab ipso Claustro Eremitorij penes Flu„
vium Istulam sitt per Eundem Magcum Succamera„
rium vigore prælibati Consensûs, et Approbationis,
Sumptu Ejus proprio erectarum, et fundatarum, ca„
ram Actis Castren Varsavien Feriâ Tertiâ post Fe„
stum S.S. Viti, et Modesti Martyrum proximâ An„
no Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Octavo, non de„
rogando Directo Dominio Fundi prædictorum Religiosorum
P.P. Camaldulensium, sub Damnis Terrestribus in rem S.
R. Mttis, et Sermorum Successorum Sanguinis renuyi„
tam: Insuper produxerunt Extractum ex Actis Capi„
tuli Sui Die quartâ Aprilis, Anno Millesimo Septingente„
simo primo celebrati, in quo Adm R.R.P.P. Vocales ad
expostulationem Illmi et Magci Joannis Szembek
protunc Referendarij Rni, ad præfens Supremi Cancellarij
Rni Nomine S.R. Mttis factam, Fundum certum ad Vi„
ta S.R. Mttis tempora pro extruendo, et ampliando Pa„
latio dimiserunt, cum Conditionibus, 1.mo ut Summa
Quatuor Millium Imperialium â S.R. Mte decla„
rata absq; Dilatione numeretur. 2.do ut Pensio Du„
orum Millium Florenorum Polon certo tempore quotannis

solvatur. 3.tio exceptatuit in parte Sylva certa Pars
Fundi pro extruenda Officina Lateritia ad usum Ere„
mi. 4.to excisa ligna in loco profundando Palatio
cedere debebant Eremo. 5.to ne in hoc Fundo dimisso
Podgorze dicto ædificentur aliqua Aulæ, aut aliqua Ædi„
ficia perturbantia quietem Eremiticam, aut Stabula ad„
versus Portam Eremi. Deinde remonstrarunt sub
eodem Anno Millesimo Septingentesimo primo Die Sex„
tâ Aprilis Decretum aliud Capituli Sui, quo, ad ex„
postulationem supratati Illmi Supremi Cancella„
rij Rnī Moderni, Omnes Patres consenserunt, ut non
solùm S. R. Mtti, sed et Sermis Successoribus â
S. R. Mte descendentibus, vel S. R. Mttis Cessionarijs
Ædificia per S. R. Mttem posita cedere possint, cum
hac tamen Conditione: Ut Pensio Annualis Duorum
Millium Florenj annuatim exolveretur Eremo; et in„
super concesserunt certam partem Sylvæ pro alendis, et con„
servandis Feris S. R. Mttis salvo tamen Consensu Superi„
orum Ordinis, ac Illmi D. Nuntij Apostolici. Profinali
produxerunt Oblatam Privilegij S. R. Mttis moderni Re„
gnantis in rem Eremi Sui servientis, de Data Varsaviæ Die
Sextâ Aprilis, Anno eodem Millesimo Septingentesimo primo,
Manu propriâ S. R. Mttis Subscripti, et Sigillo pensili Majo„
ris Cancellariæ Rnī in Cera rubra communiti, ex Actis Castren
Varsavien Feriâ Quartâ post Festum S. Petri in Vinculis pro„
ximâ, Anno Millesimo Septingentesimo Duodecimo depromp„
tam, quo mediante S. R. Mtas Summam Quatuor
Millium Talerorum Imperialium ê Thesauro Curiæ Sua
prædatis Relis Patribus donavit, et declaravit, Assignati„
onesq; super eandem Summam ad Usus Fabricæ Ecclesi„
æ exolvendam ad Officiales Thesauri Curiæ Sua, Administra„
toresq; Bonorum

toresq; Bonorum Mensæ Regiæ extradendas esse censuit, et extradidit: Et præterea singulis annis pro Festo S. Martini Episcopi, et Confessoris Summam Duorum Millium Florenorum Polon. ê Thesauro Curiæ Suæ exsolvere promisit, declaravitq; quòd Sylva à principiendo â Pariete Occidentali Palatij Regalis constructi, usq; ad Limites Villæ Młociny Capitaneatûs Varsavien, et inde â Scopulo Parietali, ad littus Istulæ erecto, Fundos ad Aremum spectantes, ad Villam Młociny dislimitantes, ab eodem porrò Scopulo Parietali, à Fluvio Istula sursum ascendendo, juxta Scopulos sipatos, usq; ad Scopulum erectum, tandem ab eodem loco: usq; ad Terminum â quo Ductus ille inchoatus erat, desinentis, intra hanc Circumferentiam, quercineas, ac pineas, aliasq; Arbores habentis: / conservabuntur, atq; nullis Ædificijs ante Portam Eremi construendis decorem Ecclesiæ, Clausuramq; diminui, ac Viam Eremiticam inquietari nullatenus faciet, salvis Juribus Ecclesiæ Romanæ, et Ducatus Masoviæ. Iisdemq; Documentis pro sua parte exhibitis, petierunt, quatenus Sa Ra Majestas, D. Clementissimus Ipsis Diploma Suum Speciale Reversale super Donationem Mayi olim Brzezinski, Succamerarij Durens, coram Actis Castren Varsavien factam, ex gratia, et Clementia Sua concedere, et circa Directum Dominium Fundi Sui se conservare dignetur; Et insuper postulârunt, ne ad Fundos Suos Villæ Polkow Sub Nro 36to descriptos, pro Canali conversos, prout et alterum, in quo Palatium muratum exædificatum erat, aliqua in futurum prætensio, et Ipsis molestior fiat, liberaq; Illis eorundem Fundorum Dispositio maneat; Et quia vigore Universalium Literarum S. R. Mtis ad Mayum Procuratorem Magnæ Procurationis Arcis Cracovien datarum Summa assignata Quatuor Millium Talerorum

Imperialium, et Pensio Annualis non sit ac si Ipsis de toto soluta; Idem Solutionem ejusdem Summæ assignatæ, et Pen„ sionis retentæ decerni, et respectu Desolationis Curiæ per Magcum olim Brzezinski exstructæ sibi bonificari po„ stulârunt.

Ex adverso pro parte Thesaur: S. R. Mttis illatum est: quòd Donatio Curiæ per Magcum olim Succamerarium Nurem de Consensu Eorundem Relsorum Patrum sine derogatione Ipsorum Fundi in Personam S. R. Mttis, et Se„ remmorum Successorum Ejus Sanguinis renovata fuerit, utq; prafata Curia, et Palatium per S. R. Mttem exstructum, S. R. Mttj, et Serenis Ejus Successoribus Sanguinis serviret, prafati Relsi P.P. Camaldulenses, et Eorum Superiores Ordi„ nis, Consensum suum prabuerunt, et de Consensu S. R. Mttis omnia murata Ædificia Palatij S. R. Mttis demoliti in u„ sus Suos converterunt.

DOS Commissarij S. R. Mttis connotatis exhibitis Do„ cumentis, et pro, et contra illationibus, prafatos Relsos P.P. Camaldulenses ad Clementiam, et Dispositionem S. R. Ma„ jestatis remittimus.

Demum quòd ad Mansum Sokolowski nuncupatum in Nowy Swiat ad Varsaviam situm sub No 38vo jure Caduco Magco Regenti Cancellariæ Reni Majoris per S. R. Mttem donatum, quem Idem Magcus Regens in rem S. R. Mttis resignare promisit. DOS Com„ missarij S. R. Mttis ex attento: quòd respectu ejus„ dem Mansi pro Cassatione Juris Caduci jam sit Causa ad Judicium S. R. Mttis Assessoriale, à Successoribus Sokolowianis instituta, et per Commissarios ejusdem Judicij Assessorialis post exhibita Jura, et expedi„

tam Visionem

tam Visionem, pro Cognitione ejusdem Juris Caduci ad
eadem Judicia Assessorialia remissa, Ideo pariter hoc negoti„
um ad eadem Judicia Assessorialia S. R. Mttis remittimus
decidendum.
Ad extremum discussis, et prælectis, connotatisq, actis„
tis Juribus, et Documentis Suprascriptorum omnium Palati„
orum, Curiarum, Domorum, et Fundorum, Villarum, Bono„
rumq, omnium S. R. Mtti servientium, prælectâ Taxâ Officiosa
Palatij S. R. Mttis Casimirien, per Strator Jurisfideles Civitatis
Antiquæ Varsaviæ, et Nlem Fontani, Architectum, in præsen„
tia Gnosorum ê medio Judicij Ntri Commissorialis Deputatorum
de Die Mensis, et Anni curren, expedita per Nlem Joannem—
Golanowski in Originali exhibita, ad Summam Ducentorum
et Septem Millium Quadringentorum Sexaginta Octo
Florenorum Polon ascendenti. NOS Commissarij S. R. Ma„
jestatis eo potissimum librate, et considerate: Quòd sigui„
dem præfati Honorati Jurisfideles rudera nonnulla, multa
Oculis Ipsorum non subjecta in Taxam præfatam computa„
runt, muros ejusdem Palatij Casimirien igne conflagratos,
tempestatibus attritos, et summoperè desolatos, ac ad moder„
ni Sæculi Structuras minùs valentes, et lapides Marmoreos,
ac Szydłowecen ex Mandato S. R. Mttis pro Nova Structura
diruendos, circaq, demolitionem destructioni subjectos, ac
ad formam moderni Sæculi minùs utiles, nimis, et excessivè
taxarunt: Ideo ex præmissis, et alijs rationibus, Animum
Judicij Ntri permoventibus eandem Taxam præfati Pala„
tij, et Fundorum, ac Attinentiarum omnium in prælibata
Taxa Specificatarum ad Summam Centum Quingua„
ginta Millium Florenorum Polon reducendam, et mo„
derandam esse arbitrati sumus, prout reducimus, et mode„
ramus, et pro Approbatione ejusdem Nræ Moderationis,
atq, quò ad Falcidiam Creditoribus constituendam ad S. R.

Majestatem Dnum Clementissimum remittimus.
Circa cujus Taxa Palatij Casimirien relationem, Revisi„
onem, et Moderamen, comparuit coram Judicio Nro Commisso„
riali Relsa Anna Bieniecka, Sovor Relsarum Monialium
Sororum Charitatis, Suo, et omnium Relsarum Sororum
Charitatis Domûs Varsavien, respectu Plateola inter Hos„
pitale S. Rochi, et Stabula murata S. R. Mttis Palatij Ca„
simirien occlusa, avisatarum Nomine agens, produxit
Privilegio Serenissimi Principis Regij Constantini, Ola„
via, Die Trigesima Decembris, Anno Millesimo Septin„
gentesimo Decimo Nono, Dli Casimiro Grabowski, Ser„
vitori Ejusdem Serenissimi Principis dato, Donationis
perpetuæ prædictæ Plateolæ, seu Areæ ad Palatium Casi„
mirien spectantis, in latum Cubitorum Novemdecem, in
longum prout protenditur ad præsens, inter Domos Micha„
elis Machczynski, Sutoris, ab una, et Murum Hospitalis
S. Rochi parte ab altera sita: / quo Idem Serenmus Princeps
Constantinus ad instantiam Illris, et Magcæ Wielopolska,
Cancellarissæ Rni, Viduæ, adjunxit perpetuis temporibus
Hospitali S. Rochi, eandem Plateolam, et ab omnibus Cen„
sibus liberavit: / Segue circa idem Privilegium conservan
postulavit. Nos Commissarij S. R. Mttis Easdem
Relsas Moniales Charitatis circa prædallegatum Privilegi„
um, uti longè ante Donationem S. R. Mttis collatum, et ean„
dem Plateolam conservamus. Quod verò concernit Pos„
sessores Fundorum Hæreditariorum, et Curiarum, Eorum
ad limites Stabulorum muratorum, et Fundorum S. R.
Mttis Palatij Casimirien jacentium, Sub Actu Feriâ
Secundâ, in Crastino Festi S. S. Petri, et Pauli Apostolo„
rum, Die Ultimâ Mensis Junij, Anno nunc currenti,
in Actu Commissoriali Nostro mentionatos; Eisdem
avisatis intuitu transgressionis Limitum Jura sua pro„
cere, et

cere, et Decreto anteriori Nro supra de Actu specifica„
to satisfacere mandavimus, et injunximus.
Cui et anteriori Decreto Nro satisfaciendo F. Petrus Grym,
Vigintivir Varsavien, exhibuit Jura Sua ad Curiam Suam
per se possessam servientia. Et inprimis Inscriptionem
Domûs, seu Curiæ ejusdem cum tta hereditario Fundo per
F.F. Joannem Praclewicz, et Eleonoram, Conjuges, in„
ter Fundum Illmorum Successorum Illmi Ducis in Ostrog,
et Zastaw, et Fundum, ac Domum Fam Alberti Karcz„
marz, in Personam Sermi olim Uladislai IV. Regis
Poloniæ, et Sermorum Sanguinis Ejus Successorum, co„
ram Officio, et Actis Advocatialibus, et Scabinalibus Civi„
tatis Antiquæ Varsaviæ, Feriâ Quintâ, Postridie Festi Purifi„
cationis Bæ Mariæ Virginis, Die Tertiâ Februarij, Anno
Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Octavo recognitam: Item
Privilegium Originale Serenissimi Ejusdem Uladislai IV.,
Varsaviæ, Die Decimâ Aprilis, Anno Millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Sexto, Donationis ejusdem Domûs, seu Curiæ
Jure perpetuo Hæreditario, Gnoso Dieterico Maijdel, Aulico
Cameræ Regiæ, et ad Acta Officij Consularis Varsavien, Die
Vigesimâ Sextâ Novembris, Anno Millesimo Sexcentesi„
mo Nonagesimo Nono, per Oblatam porrectum: Tumquè
Donationem eidem Famato Grym per Successores prafati
G. Maydel, Anno eodem Millesimo Sexcentesimo Nonage„
simo Nono factam, Vigoreq; prafati Juris Sui, se in posses„
sione ejusdem Curiæ in longum, et latum, prout ad præsen
est, in Anno præmemorato Millesimo Sexcentesimo Nona„
gesimo Nono exstitisse, et hucusq; extare allegavit. Jamve„
rò pro parte Mägci Bueler Gnosus Nicolaus Olborski, S.R.
Actis Scribus coram Judicio Nro Commissoriali comparens,
Dilationem pro parte Illius ad producenda Documenta

sibi concedi, aliàs Visionem eorundem Fundorum decerni postu„
lavit.
Hos Commissarij S. R. Mtis D. Clementini Quoniam ex
Documentis per F. Grym exhibitis Judicium Vrum informari negui„
bat, nullaq3 Limitum expressio patuit, ac ex parte alionum Vicino„
rum nulla Jura exhibita sunt, Limitesq3 Fundorum absq3 Visione
cognosci nequeunt; Ideo ante omnia Visionem eorundem Fundo„
rum decernimus, eandemq3 pro die Crastina expediendam per
Judicium Vrum Commissoriale declaramus. Pro quo Termino
quatenus supratatus Famatus Grym sufficientiora Jura sua,
et Dimensurationem Fundi sui producat, tumq3 Plenipotens
Magi Butler, Capnei Parnavien, Jura sua deducat, injungi„
mus; Adm R. R. verò P. P. Ordinis Praedicatorum Capella Mo„
schovitica contumaces, sivè Eorum Domûs Possessorem vur„
sùs avisare mandamus, et ad effectum peragendæ Visionis, tum
ad conferendas Intromissiones in Palatia, Curias, Domos,
Fundos, Villas, et Bona omnia S. R. Mtis servientia superiùs
et jurisdictionibus suis quibuscis propriis
Illi autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quò adinscripta recognoscenda attinet
se se subjiciendo et incorporando palam
liberè ac benevolè Recognovit et præsenti-
bus Recognovit. Quia Ipse Generoso Petro
Baroni Riauvour Consiliario Nostro Ejus
Successoribus legitimis Summam Vigin-
Millium Tymphenum s. à qua de provisio-
ne ad Festum Nativitatis Sancti Joannis
Baptistæ in Anno Deodante venturo Mil-
lesimo Septingentesimo Quinquagesimo
Sexto enumeratæ, præsenti Inscriptione
quietatur s. certi, veri, justi, ac liquidi debiti
tenetur ac Debet. Quam quidem Vigin-
Millium Tymphenum Summam in Cra-
stino Festi Nativitatis Sancti Joannis Ba-
ptistæ in Anno futuro Millesimo Septin-
gentesimo Quinquagesimo Sexto, eidem
Gnoso Petro Baroni Riauvour Consiliario
Nostro seu illius legitimis Successoribus
Solutuum ac Numeraturum se cum Suc-
cessoribus Suis Submittit et Obligat. Eam-
demq; Summam Majoris Securitatis
gratiæ, in Bonis suis Omnibus, Mobili-
bus et immobilibus, habitis et Labendis
ac Summis quibuscis pecuniarijs ubi-
cumq;

cunq; locorum existentibus, et præcipue
in Palatio suo proprio hic Varsaviæ in
Platea Miodowa sito inscribit et asseverat
præsentibus. Idq; sub vadio similis Sum.
mæ Viginti Millium Tymphorum. Pro
quo quidem Vadio in casu Contraventio-
nis idem Magnificus Recognoscens unà
cum Suis Successoribus ad quodvis Judi-
cium et Officium Regni citatus existens
in primo Citationis termino tanquam
peremptorio comparere, et nullis excep-
tionibus, dilationibus, tergiversation-
bus appellationibus, earumq; prosecu-
tionibus sese tutando si quibus Omnibus
præsentibus abrenuntiatis Judicatum
pati, ac eodem instanti Vadium repo-
nere, cogq; soluto nihilominus Inscriptio-
ni præsenti et rei principali in toto sa-
tisfacere, debebit ac tenebitur Successo-
resq; sui debebunt ac tenebuntur. Hac sua per-
sonali Recognitione ad præmissa mediân-
te, alias in forma Inscriptionis Debito-
riæ de Jure plenissima firmissima et
perfectissima. Quam Majoris securita-
tis et robons gratia Idem Recognoscens
manu sua propria Subscripsit. Carol
Odrowaz Hrabia Sedlnicki Podkomorzy
Quam ejusmodi Inscriptionem Debitori-
am sic ut præmissum factam et recogni-
tam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes eandem ad acta præsen-
tia

tia suscipi inscribi et ex ijsdem fideliter
descriptam Parti postulanti authentice
extradi permisimus In quorum fidem &
Actum ut Supr.

Roborant Contractum Magnifi-
cus Carolus Josephus Odrowaz
Comes Sedlnicki Supremus The-
saurarius Regni ex una, et Gnosus
Casimirus Granowski Capitane-
us Radomienis Partibus ex altera.

Augustus Tertius &

Significamus &. Quod coram actis præsen-
tibus Metnes Regni Cancellaria Nostra
Minoris comparentes personaliter Ma-
gnificus Carolus Josephus Odrowaz Co-
mes Sedlnicki Supremus Thesaurari-
us Regni, ex una, et Gnosus Casimirus
Granowski Radomiensis Capitaneus Ge-
neralis Director Exercitus Regni, parti-
bus ex altera Sani mentibus et corpo-
ribus existentes recedendo à Foro Terris et
Jurisdictionibus suis quibuscùs propijs
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quæ ad infrascripta recognoscenda atti-
net se se subjiciendo et incorporando pa-
tam, libere ac benevole recognoverunt
et quilibet illorum suo pro interesse Rec-
gnovit. Quia Ipsi Contractum certum ra-
tione Resignationis fundi Varsaviæ in
Platea Sluga sitti et jacen de Data ejus

Lii

hii Varsaviæ Die octava Mensis et Anni præ-
sentis, initum et conscriptum manibus suo-
rum Recognoscientium Subscriptum et Sigillo
unius eorundem videlicet Magnifici Caroli Jo-
sephi Odrowąż Comitis Sedlnicki Supremi
Regni Thesaurarij in cera rubra Hispaniica
expresso communitum, Vadio Mille aureorum
Hungaricalium firmatum, in omnibus ejusdem
Contractus punctis, clausulis, articulis, conditio-
nibus et ligamentis inibidem expressis appro-
barunt, confirmarunt, roborarunt et ratifica-
runt, prout quidem per præsentem suam ad
Acta hac comparitionem approbant confirmant
roborant et ratificant, Eidemq; Contractui in omni-
bus et singulis stare parere et plenarie satisfac-
re se se inscribunt et Obligant. Idq; sub Vadio
similis Summæ Mille Aureorum Hungarica-
lium in Casum Contraventionis per Partem
Parti Contractum prædictum tenenti irremis-
sibiliter exsolvendo. Pro quo quidem Vadio rq
ipsa Principali citati, seu unus eorum citatus
existens coram Foro Bonis competenti, præsis
omnibus dilationibus Protellationibus, et bene-
fitijs quibusvis Juris peremptorie respondebunt.
His Suis personalibus Recognitionibus ad præ-
missa mediantibus. Alias in forma Inscriptio-
nis roboratoriæ de jure plenissima et perfe-
ctissima. Pro majori verò firmitate manibus
propriis se se subscripserunt Karol Odrowąż
H: Sedlnicki Podskarbi koro. Kazimierz Gra-
nowski S: R: rp. Quam ejusmodi Inscriptio-

non

nem sic ut præmissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et
ex ejsdem fideliter descripto Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quorum fi-
dem &. Actum ut sup.

Donat Fundum suum hereditarium
Varsaviæ in Platea Dluga situm Gnō-
sius Casimirus Granowski Capitaneus
Radomien. Mgnifco Carolo Josepho Odro-
wąż Comiti Sedlnicki Supremo Thesau-
rario Regni.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quòd coram Actis præsenti-
bus Metnes Regni Camellario Nostro Mino-
ris comparens personaliter Gnosius Casimi-
rus Granowski Capitaneus Radomien. Gene-
lis Director Exercitus Regni sanus mente et
corpore existens recedendo à Foro, Terris et Ju-
risdictionibus suis quibuscuis propriis sui
autem Jurisditioni Nostræ Regiæ quo' ad inspa-
scripta recognoscenda attinet se se subjiciendo
et incorporando palam, libere ac benevole
recognovit et præsentibus recognoscit. Quia
Ipse insistendo Contractui de data ejus hi
Varsaviæ die hesterna Anno currenti inito
et conscripto Actis præsentibus hodierno
sub Actu roborato, Magnifico Carolo Jose-
pho Odrowąż Comiti Sedlnicki Supremo
Regni

Regni Thesaurario Ejusq; legitimis Successori-
bus, jam ex nunc et de facto fundum suum
hereditarium cum horto antiquitus Myszkow-
ski vocitato in Platea Dluga, inter vicinita-
tes ex una Palatÿ inante Szczucinowski nun-
cupati ad præsens ejusdem Magnifici Caro-
li Josephi Odrowąż Comitis Sedlnicki Supre-
mi Thesaurarÿ Regni hæredit&, ex altera au-
tem Gnosi Petri Baronis Riamour à Gnoźis
Orlewskie aquisitæ Curiæ, Tertia denique par-
te ad hortum Nobilis Lelehwel Medicinæ Do-
ctoris extendentem in se Recognoscentem post
Gnośos Parentes suos Jure naturalis Succes-
nis devolutum, et per Nobilem Theodorum
Granowski Canonicum Lovicien:em Præposi-
tum Cremenecen: pari lance erga se Recogno
scen: respicien: et coram Actis Castrensibus Var-
savien: Feria Quarta ipso die Festi Transfigura-
tionis Christi Domini anno ad præsens curren-
ti, sibi Recognoscenti donatum, cum Omni ejus-
dem fundi et horti Jure Dominio proprietate
propinquitate Titulo hereditario, nihil sibi su-
isq; Successoribus reservando aut excipiendo, sed
ita late longé circumferentialiter prout in su-
is metis et limitibus extat et extenditur dat, do-
nat, confert inscribit et resignat ac pro Sum-
ma Mille Aureorum Hungaricalium m: p: de qua
pro pretio ejusdem fundi cõcertata, et pro-
venien: ad manus Ill: recognoscen: resoluta
Idem Magnificus Carolus Josephus Comes Se-
dlnicki Supremus Thesaurarius Regni quie-

tatur:/

tatur; vendit, pura mera et irrevocabili Do-
natione perpetuo et in Evum Intermissio-
nemq; ipsi in prefatum Fundum presen-
tibus resignatum, per Ministerialem Le-
gni Generalem quemvis et Nobiles duos quos-
vis faciliùs pro tempore conducendos officio-
se acceptandam libere dat et defacto ad-
mittit. Tuitionem et Evictionem omnimodam
ab Omnibus et Singulis impedimentis, qua-
rumvis remotarum et propinquarum Per-
sonarum, super Omnibus Bonis suis Mo-
bilibus et immobilibus cavet et inscribit.
Idq; sub Vadio Similis Summæ Mille Au-
reorum Hungaricalium, in casu alicujus
exorti impedimenti et non facta Tuitionis
et Evictionis ad Solvendum irremissibili-
ter summumbenè. Pro quo quidem Vadio rei;
ipsa Principali Citatus existens Memora-
tus Generosus Recognoscens sive ejus Succes-
sores, in Foro Bonis competenti, præcisis
omnibus diffugijs Protellationibus et Bene-
ficijs Juris quibus abrenuntiat respondé-
bit. Hac sua personali Recognitione ad
præmissa mediante Alias in forma Inscri-
ptionis Donatoriæ de jure plenissima et
perfectissima. Pro majori verò firmitate
manu propria se se subscripsit K. Gra-
novitz S. R. my. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem Donatoriam sic ut præmissum
factam

factam et Recognitam, Nos firmam ac de
Jure validam haberi volentes eandem ad
Acta præsentia suscipi inscribi et ex ijsdem
fideliter descriptam Parti postulanti au-
thentice extradi permisimus In quorum
fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ in crastino
Festi Sancti Laurentij
Martyris Die silicet
Undecima Mensis Au-
gusti Anno Domini
Millesimo Septin-
gentesimo Quinqua-
gesimo Quinto Regni
veró Nostri Anno XXII.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Magnifici Domini Supre-
mi Regni Cancellarij ut sup.

Relatio Ministerialis Regni jene-
ralis datæ Intromissionis Magni-
fico Carolo Josepho Odrowąż Co-
mitj Sedlnicki Supremo Regni
Thesaurario ad Palatium Varsa-
viæ in Platea Miodowa sito
Augustus Tertius &

Significamus &. Quód veniens personali-
ter ad acta præsentia Metrices Regni Can-
cellariæ Nostræ Minoris Nobilis Chryste-
phorus Pietrzykowski Ministerialis Re-
gni

gni Generalis Authentiatus et juratus in
vim veræ suæ ac fidelis relationis, palam
libere ac benevole recognovit. Quia ipse ad
Officiosam requisitionem Magnifici Caroli
Josephi Odrowąż Comitis Sedlnicki Supre-
mi Regni Nostri Thesaurarij, habitis secum
majoris Testimonij gratiâ duobus Nobili-
bus, videlicet Jmpis Francisco Staszewski,
et Michaele Rozanski, die hodierna in Acta
contenta ad Palatium muratum hic Var-
saviæ in Platea Miodowa dicta in cornu ex
opposito Collegij Religiosorum Patrum Scho-
larum Piarum, inter vicinitates curiarum,
ex una inante Magnifici Szembek Palatini
Sieradiensis, nunc verò Nobilis Lelehwel Me-
dicinæ Doctoris hæredib, ex altera vero Par-
te Grosorum Franowskich situm et jacens,
antiquitus Szczuinowski vocitatum, ad pre-
sens verò ejusdem Magnifici Caroli Jose-
phi Odrowąż Comitis Sedlnicki Supremi Re-
gni Nostri Thesaurarij proprium et hæredita-
rium condescendit, ibidemq; vigore Donationis
ejusdem Palatij per Generosum Petrum Baro-
nem Riauour Consiliarium Nostrum, coram
Actis præsentibus Metices Regni Sabbatho in
Vigilia Festi Sancti Laurentij Martyris Die
scilicet Nona mensis Augusti, anno currente &
pedicto Magnifico Carolo Josepho Comiti Sedl-
nicki Supremo Regni Nostri Thesaurario
facta et Recognita observatis omnibus Juris
solemnitatibus

solemnitatibus circa ejusmodi actus fieri soli-
tis, præmissaq; omnium jus et interesse ali-
quod ad præmissum Palatium sic ut præmis-
sum donatum habentium, ter et ultra solitam
Juris formam quater, voce sua sonorosa et
præconica acclamatione Intromissionem rea-
lem et actualem eidem Magnifico Carolo Jose-
pho Odrowąż Comiti Sedlnicki Supremo Regni
nostri Thesaurario in præfatum Palatium et
fundum ædificia, stabula culinas structuras
parvas et magnas, cunctasq; attinentias et per-
tinentias ad hoc Palatium ab antiquo spectanz
nemine impugnante nec contradicente dedit,
et rite contulit Hac sua personali Recogniti-
ne ad præmissa mediante, Quam ejusmodi
Ministerialis Regni generalis relationem
nos firmam ac de Jure validam haberi vo-
lentes, eandem ad Acta præsentia suscipi
inscribi et ex ijsdem fideliter descripto par-
ti postulanti authentice extradi permisimus
In quorum fidem &. Actum ut sup.

&.

Relatio Ministerialis Regni gene-
ralis datæ Intromissionis Magni-
fico Carolo Josepho Odrowąż Co-
miti Sedlnicki Supremo Regni
Thesaurario in Fundum Varsa-
viæ in Platea Cluga sito.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod veniens personali-

ter

ter ad Acta præsentia Metricas Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nobilis Christophorus Pietrzykowski Ministerialis Regni generalis, authenticatus et juratus, in vim veræ suæ, ac fidelis Relationis, palam libere ac benevole recognovit. Quia ipse ad officiosam Requisitionem Magnifici Caroli Josephi Odrowąż Comitis Sedlnicki Supremi Regni Nostri Thesaurarij, habitis secum duobus Nobilibus Majoris Testimonij gratia, videlicet Jnōsio Francisco Staszewski et Michaele Rozanski Die hodierna in actu contenta ad fundum cum horto Lō Varsaviæ in Platea Długa sitō, antiquitus Myszkowski vocitatō, inter vicinitates ex una Palatij inante Szczuinowski

6

nuncupati nunc vero, ejusdem Magnifici Comitis Sedlnicki Supremi Regni Thesaurarij à Generoso Petro Barone Riaucour Consiliario Nostro acquisiti, hæreditarij, ex altera autem immediatè dicti Generosi Baronis à Generosis Orlewskie acquisitæ Curiæ, Tertia denique parte ad hortum Nobilis Lelechwel Medicinæ Doctoris extendentem, ad præsens verō ejusdem Magnifici Supremi Thesaurarij proprium et hereditarium condescendit, ibidemque vigore Donationis ejusdem fundi per Jnōsium Casimirum Franowski Capitaneum Radomiensem

ensem

ensem, Jeneralem Directorem Exercitus Re-
gni coram Actis præsentibus Metricis Regni
Sabbatho in Vigilia Festi Sancti Laurentij
Martyris Die scilicet nona Mensis et Anni
currenty Sæpedicto Magnifico Carolo Jose-
pho Odrowaz Comite Sedlnicki Supremo
Regni Nostri Thesaurario facta et recogni-
ta, observatis omnibus Juris solennitati-
bus, circa ejusmodi Actus fieri solitis pre-
missaq; Omnium Jus et interesse aliquod
ad præmissum Fundum et hortum sic
ut præmissum donatum habentium, ter
et ultra solitam Juris formam quater, vo-
ce sua sonorosa et præconia acclamatio-
ne, Intromissionem realem et actualem
Eidem Magnifico Supremo Rni Thesaura-
rio in præfatum fundum et hortum cun-
ctasq; attinentias et pertinentias eo ab an-
tiquo spectantes nemine impugnante, neq;
contradicente dedit, et rite contulit. Hac
ipsius Personali Recognitione ad præ-
missa mediante. Quam ejusmodi Mini-
sterialis Rni Jeneralis Relationem Nos
firmam ac de Jure validam haberi vole-
tes eandem ad Acta præsentia suscipi
inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam
Parti postulanti authentice extradi per-
misimus. In quorum fidem &c Actum
ut Sup.

ut sup.

Działo się w Warsza-
wie w Sobotę przed
Świętem Świętey
Idziego Opata Nay-
bliższey, To iest Dnia
Trzydziestego Sier-
pnia Roku Pańskie-
go Tysiącznego Siedm-
setnego Piędziesiąte-
go Piątego Panowa-
nia Naszego Roku
XXII.

Za Sprawą y Przełożeniem
J.W. Imci Pana Jana Arabina
Konskich y Białozowic Z
Małachowic Małachowskiego
Kanclerza W^o Ker. Ostrołęckie-
go &c. Starosty.

Ofya Folwarkow albo Obrę-
bow Robiatki Zachody y Ka-
mionka zwanych, w Ekonomy
Mochidowskiey leżących przez
Urodzonych Ignacego Ludwika
Nowickiego Mętnykanta. Kan-
cellaryi Większey Kor. y Elżbie-
ty z Taydlitzow Małżonkow
Urodzonemu

Urodzonemu Felixowi Wołkowi-
ckiemu Podczaszycowi Brzeskiè-
mu Litewskiemu uczyniona.

August Trzeci &.

Oznaymuiemy. Iż stanąwszy obliznie przed
Aktami naszemi Metryki Kancellaryi Mniey-
szey koronney Urodzeni Ignacy Ludwik
Nowicki Metrykant Kancellaryi Większey
koronney, y Elżbieta z Zaydlitzow Małżonko-
wie zdrowi na umyśle y na ciele, odzie-
puiąc Jurysdykcyi swoiey należytey y
własney a teraźnieyszey naszey wzgle-
dem niniejszego zapisu z Dobrami y
Sukcessorami Swemi dobrowolnie podda-
wszy się, iawnie, iasnie y dobrowolnie
zeznali, y teraźnieyszym zapisem swo-
im zeznaią. Iż przychylaiąc się y
stosuiąc do Woli, y wyraznego Konsen-
su Naszego na piśmie z podpisem Rę-
ki Naszey Krolewskiey y pieczęcią Na-
szą stwierdzonego, ad praesens in suo
Originali reprodukowanego brzmienia
takowego. August Trzeci z Bożey Łaski
Krol Polski, Wielki Xiąże Litewski Ru-
ski Pruski, Mazowiecki, Żmudzki Kijow-
skiy Wołynski Podolski Podlaski Inflantzki
Smoleński, Siewierski y Czernieho-
wski

wski a Dziedziczny Xiąże Saski y Elektor
Oznaymuiemy Niniey szym Listem Na-
szym wszem w Obec y kazdemu z Osob-
na komu o tym wiedzieć należy. Iż
pozwolilismy y zezwolilismy, pozwa-
lamy y zezwalamy Urodzonemu Jma-
cmu Ludwikowi Metrykantowi Kan-
cellaryi Wielkiey Kor y Urodzoney
Elzbiecie z Zaydlitzow Małzonce Jego
wszystkiego Prawa swego ktore Jm na
Folwarku czyli Obrębu Robiatki Zacho-
dy y Kamionka zwane, w Ekonomij Na-
szey Mochilowskiey leżące służy, aby mogł
na Osobę Urodzonego Felixa Wołkowickie-
go Podczaszyca Brzeskiego Litewskiego
ustąpić y prawny wlewek uczynić, kto-
ra to cessya skoro przed Aktami ktorem-
kolwiek authentycznemi uczyniona będzie,
My ią za ważną mieć będziemy, iakoż
ktora za konsensem Naszym stanie się
Podług tego wlewku Prawa przerzeczony
Urodzony Felix Wołkowyski Podczaszyc
Brzeski Lit. pomienione Folwarki czyli
Obręby Robiatki Zachody y Kamionka
zwane ze wszystkiemi przynależytościa-
mi, Budynkami Borami, Lasami, Zaro-
slami Rolami, Sianożęciami Łąkami
Pastwiskami Jeziorami Stawami Sa-

dzawkami.

dzawkami, Młynami, Karczmami, Browarami, Poddanymi y Ich robociznami Czynszami, Daninami y powinnościami, tudzież przyległościami zdawna do pomienionych Dóbr należącemi, tak iako się w granicach swoich zdawna znayduią trzymać y używać będzie do ostatniego życia swego Xcia. Płacąc iednak corocznie czynsz zwyczayny. Obiecuiemy to po Nas y Nayiaśnieyszych Sukcessorach Naszych Ze pomienionego Urodzonego Felixa Wotkowickiego od używania y dzierzenia wzwyż wyrażonych Dóbr, y ich przyległości nieoddalemy y nikomu do oddalenia mocy niedamy, co y Nayiaśnieysi Sukcessorowie Nasi uczynią. Prawa Nasze Rzeczypospolitey y kościoła swiętego wiarołomi zachowuiąc. Na co dla lepszey wiary y wagi niniejszy list Ręką naszą podpisawszy, Pieczęcią naszą stwierdzić rozkazaliśmy Dan w Wschowie Dnia XXIV miesiąca Maja Roku Pańskiego MDCCLV. Panowania naszego XXX Roku

Konsens na wrażpienie Folwarków, albo obrębow Robiarki Zachodz y kamienka zwanych w Ekonomij Mohilowskiey leżących Urodzonym Ignacemu Ludwikowi

wski a Dziedziczny Xiąże Saski y Elektor.
Oznaymuiemy Niniey szym Listem Na-
szym wszem w Obec y kazdemu z Osob-
na komu o tym wiedzieć należy. Iż
pozwolilismy y zezwolilismy, pozwa-
lamy y zezwalamy Urodzonemu Jma-
cznu Ludwikowi Metrykantowi Kan-
cellaryi Wielkiey Kor y Urodzoney
Elzbiecie z Zaydlitzow Małzonce Jego
wszystkiego Prawa swego które Jm na
Folwarku czyli Obrębu Robiatki Zacho-
dy y Kamionka zwane, w Ekonomij Na-
szey Mochilowskiey leżące służy, aby mogli
na Osobę Urodzonego Felixa Wołkowickie-
go Podczaszyca Brzeskiego Litewskiego
ustąpić y prawny wlewek uczynić, kto-
ra to cessya skoro przed Aktami kto-
kolwiek authentycznemi uczyniona będzie,
My ią za ważną mieć będziemy, iakoż
która za konsensem Naszym stanie się
Podług tego wlewku Prawa przerzeczony
Urodzony Felix Wołkowyski Podczaszyc
Brzeski Litt pomienione Folwarki czyli
Obręby Robiatki Zachody y Kamionka
zwane ze wszystkiemi przynależytościa-
mi, Budynkami Borami, Lasami, Zaro-
ślami Rolami, Sianożęciami Łąkami
Pastwiskami Jeziorami Stawami Sa-

dzawkami.

dzawkami, Młynami, Karczmami, Browarami, Poddanymi y Ich robociznami Czynszami, Daninami y powinnościami, Tudzież przyległościami zdawna do pomienionych Dóbr należącemi, tak iako się w granicach swoich zdawna znayduią trzymać y używać będzie do ostatniego życia swego kresu. Płacąc iednak coroczne czynsz zwyczayny, obiecuiemy to po Nas y Nayiaśnieyszych Sukcessorach Naszych Iż pomienionego Urodzonego Felixa Wołłkowickiego od używania y dzierzenia wzwyż wyrażonych Dóbr, y ich przyległości nieoddalemy y nikomu do oddalenia mocy niedamy, co y Nayiaśnieysi Sukcessorowie Nasi uczynią. Prawa Nasze Rzeczypospolitey y kościoła swiętego wiatości zachowuiąc. Na co dla lepszey wiary y wagi niniejszy list ręką naszą podpisawszy, Pieczęcią naszą stwierdzić rozkazaliśmy Dan w Wschowie Dnia XXIV miesiąca Maja Roku Pańskiego MDCCLV. Panowania naszego XXX Roku Konsens na ustąpienie Folwarków, albo obrębów Robiatki Zachody y Kamionka zwanych w Ekonomij Mohilowskiey leżących Urodzonym Ignacemu Ludwikowi

dwikowi Nowickiemu Merkantowi Kan-
cellaryi Większey koz y Elzbiecie z Zaydl-
tzow Małzonkom, na Osobę Urodzonego
Felixa Wołkowickiego Podczaszyca Brzeskie-
go Litt. Augustus Rex. Mieysce prieze-
ci. Prawa swego dożywotniego, ktore m
na Folwarki pomienione, czyli Obręby Ro-
biatki Zachody y Kamionka, „zwane“ w Ekono-
mij Mochilowskiey leżące służy ze wszystki-
mi przynależytosciami, Budynkami, bo-
rami, Lasami Zaroslami, rolami, Sia-
nożęciami, Łąkami Pastwiskami, Jezio-
rami, Stawami Sadzawkami, Młynami,
karczmami, browarami, Poddanymi, y ich
robociznami, czynszami daninami y po-
winnosciami, tudzież przyległosciami zda-
wna do pomienionych Dóbr należącemi,
tak iako się w granicach swoich zdawna
znaydowały, y teraz znayduią, Urodzone-
mu Felixowi Wołkowickiemu Podczaszyco-
wi Brzeskiemu Litewskiemu ustępuią y
dawek Onych na Osobę iego. czy-
nią y przenoszą, y tesz Dobra w rzetel-
ną possessyą y dzierżenie puszczaią, Im-
„przerzeczonemu
tromitszy spokoynej. Urodzonemu Felixo-
wi Wołkowiczowi Podczaszycowi Brzeskie-
mu Litt. wszyz wyrażone Dobra, y wszel-
kie ich przynależytosci, przez Woznego
Generała

Jenerała, y dwoch Szlachty, lub innym
prawnym sposobem dobrowolnie dopu-
szczaią, y ze oney żadnym sposobem y
pretextem każdego czasu, tak przez się
iako wszelkie Subordynowane Osoby, tru-
dnić niebędą deklarować się, y obowiązu-
ią, mocą teraźnieyszego zapisu y zezna-
nia do tego służącego, który w lewch
y cessyą Ciż Urodzeni Jgnacy Ludwik
Nowicki Metrykant Kanellanyi Większey
koronney y Elżbieta z Taydlitzow Mał-
żonkowie dla lepszey wiary y wagi ręk-
kami własnemi podpisali. Jgnacy Lu-
dwik Nowicki mp. Elżbieta Nowicka mp.
Którą to cessyą tak iako wyżey uczyniona
y zeznaną My za ważną y prawną
mieć chcąc, onę do Akt niniejszych
Metryki koronney przyiąć, wpisać, y
wiernie wypisaną stronie potrzebuiącey
authentycznie wydać rozkazaliśmy Na co
dla lepszey wiary Pieczęć koronna przy-
ciśniona iest Działo się w Warszawie iako
wyżey.

Annus 1756tus.

Actum Varsaviæ Fe-
riâ Quintâ post Fe-
stum

stum Purificationis
Beatissimæ Virginis
Mariæ proximâ Die
silicet Quinta Mensis
Februarij Anno Do-
mini Millesimo Se-
ptingentesimo Quin-
quagesimo Sexto Re-
gni verò Nostri An-
no XXIII.

Ad Relationem Illmi Excel-
mi et Mgnfici Domini Jo-
annis Comitis in Koniskie
et Białozow a Matacho-
wie Matachowski Supre-
mi Regni Cancellarij Osto-
wscy Buzniovien & Ca-
pitanei.

Oblata certa Compositionis oc-
casione limitum inter Bona La-
chowa ex una et Villam Pnuxie
Partibus ex altera.

Augustus Tertius &.

Significamus & Oblatas esse ad Acta præsen-
tia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
nonis Literas originales pargameneas
infrascriptas, Sigillis pensilibus judiis

et

et subjudicis calissiens communitas, sanas,
salvas, et illesas omnig suspitionis Nota
carentes Jenonis sequene. Nos Joannes
de Kwiatkowo Judex et Dobeslaus de Nian-
kowo Subjudex Generalis Calissiensis. Signi-
ficamus tenore presentium quibus expe-
dit universis quòd de Anno Domini Mille-
simo Quadringentesimo Vigesimo Sexto
Judicio Regali in Terminis particularibus
Feria Tertiâ ante Festum Sancti Michae-
lis in Nakiel celebratis. In quibus Nobi-
les Domini Vincentius de Niemne Bur-
grabius Nalene, Sventoslaus de Saszecno
Palatinus, Dobeslaus Punga de Sypnie-
wo Judex Sbiluth de Dranzno Subjudex,
Sbiluth de Szczepie Vexillifer caterig Do-
mini et Officiales Judicantes presidebant
ibi constituti personaliter Strenui ac No-
biles Domini Derslaus de Sleszino Sub
pincerna Bidgostieng, Osep de Strzelo-
wo, Wtoszibor de Stupowa et Nauslaus
de Jagolina tanquam Arbitri Arbitra-
tores, et amicabiles compositores in fa-
cie Judicij recognoverunt, qualiter ar-
bitrarunt inter Partes videlicet Vnblen
Dominum Fabrielem Abbatem de Lono-
nowo et Heredem de Lubowo ab una,
et Nobiles Petrum Simonem Jaszczoldum

et

et Ioannem, Filium alberti Hæredes de
Pruszcze parte ab altera. Quia scopulos de-
cem debent sipare, incipiendo à Fluvio di-
cto Dbra, usq; ad Fluvium Sanpolna, hoc
est inter Lachowo Domini Abbatis et Prus-
cze Dominorum prescriptorum. Et nos
audita dictorum Dominorum Arbitrorum
recognitione adjudicamus dictam limi-
tationem fore ratam gratam tempori-
bus perpetuis in robore suo scilicet de
decem scopulis et super hoc judicatum
hinc inde solverunt et in hujus rei
testimonium Sigilla nostra præsenti-
bus sunt appensa, Actum et datum
Anno, Die. loco quibus supra Locus Si-
gillorum. Quas ejusmodi Literas su-
prascriptas, sic ut premissum per
Oblatam porrectas Nos ad acta pre-
sentia suscipi inscribi et ex ijsdem
fideliter descriptas Parti postulanti
authentice extradi, Originale verò rur-
sus Offerenti restitui si de quo recepto
Cancellariam quietavit quietatq; pre-
sentibus si permisimus In quorum
fidem Sigillum Regni est appre-
sum actum ut Sup

Oblata Literarum Resigna-
tionis

tionis Villarum Welun et Glin-
ke in Territorio Visegrodens sitt
per Joannem de Waldo Domi-
no Bertoldo Abbati de Bisovia
Augustus Tertius &
Significamus &. Oblatas esse ad Acta pre-
sentia Metries Regni Canellaria Nostra
Minoris Literas originales pargamene-
as infrascriptis Sigillis appensis Hen-
rici de Plotzek ordinis Fratrum Domus
Theutonicae Magni Commendatoris, et
Theodorici de Lichmayn Provincialis Cul-
mens communitas, sanas salvas et illa-
sas omnig suspitionis nota carentes
continenter in se Resignationem Vil-
larum Welun et Glinke in Territorio Vi-
segrodens sitt Tenoris sequens. In No-
mine Domini Amen. Quoniam huma-
ni actus fluxu temporum, sicut expe-
rientia docuit, solent in nihilum redigi,
id circo necesse est legitimas actiones,
que memoria indigent, perscriptis con-
tinentiam, in notitiam transmitti po-
sterorum. Ea propter Nos Frater Hen-
ricus dictus de Plotzek Ordinis Fratrum
Domus Theutonicae Magnus Commendator
Principalis Castri Sanctae Mariae com-

stare

stare volumus universis, tam presenti-
bus quàm futuris. Quòd Joannes dictus
de Waldo, unà cum Uxore sua Catharina
et Filijs suis Arnoldo et Petro, nec non
Filiabus suis Elisabeth et Jrmtrut, coram
Fratre Ottone Commendatore de Choynice,
qui tunc extitit Vice Provincialis in Aul-
menze in Feudali Judicio, et coram Sa-
binis ejusdem Judicij, videlicet Petro
de Hezeleth, Joanne de Hemsott, Tilone
de Lisow, Nicolao de Opec, Joanne de
Lugindorff, Conrado de Kintimow, nec
non coram Judice Herbordo dicto de Su-
mirwald constitutus, Villas seu hereditates Welun et Glinke vulgariter nuncupatas, in Territorio Vissegrodense sitas cum pratis quæ Lachowo vocantur, inter Sampolno et fluvium Dbra jacentibus et cum utroq; littore, jam dicti fluvij cum lacu qui Arosyn dicitur et alijs lacubus in Districtu dictarum hereditatum sitis, Sylvis, Nemoribus, Mellendinis, Mellificijs, ac omnibus utilitatibus quæ jamdictis hereditatibus sunt, vel esse poterunt in futurum. Domino Bertholdo Abbati de Bissovia, ac Fratribus ejus Successoribus q; eorum pro Frequentia

Manus

Marcis, et quinta dimidia ũ̃alis monete
possidendas in perpetuum resignavit,
abrenuntians Omni Jure, una cum pre-
libatis Filijs et Filiabus et Uxore, quod
eum ex parte ejusdem Uxoris contin-
git, Obligans fideliter se adhuc, ut si quis
dictos Fratres pranominatis Villis impe-
tierit, vel citaverit aliubi, pro ipsis respon-
dere et eos totaliter evinere compromissu-
rum. Nos igitur utriusq; partis concor-
diam gratam habentes, in perpetuam
memoriam ac inviolabilem Observan-
tiam presentem hartam Nostro Sigillo
et Fratris Theodorici de Lichnayn Pro-
vincialis Commendatoris fecimus ro-
borari. Datum et Actum Anno Do-
mini MCCCXI in Die Nativitatis San-
cte Marie Virginis gloriose Loco
binorum Sigillor pensilium. Quas ejus-
modi Literas Originales Pargameneas
suprascripto, sic ut premissum per
Oblatam porrectas, Nos ad Acta pre-
sentia suscipi inscribi, et ex jsdem fi-
deliter descripto parti postulanti au-
thentice extradi Originale vero nur-

sus

sus offerenti restitui si de quo recepto can-
cellariam quietavit quietatq; presentibus
permisimus in quorum fidem &c Actum
ut sup.

Oblata Literarum super Villas
seu Hereditates Welin et Jlinki
Abbati in Bissovia et Fratribus
ejus servien.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta
presentia Metrices Regni Cancellarie
Nostre Minoris Literas Originales par-
gameneas infrascripto, Sigillis appen-
sis Fratrum Caroli de Trewen Magi-
stri generalis Hospitalis Sancte Ma-
rie Domus Theutonj Jerosolimitane et
Henrici Magni Commendatoris commu-
nitas sanas salvas et illesas, omniq;
suspitione carent, Tenoris sequentis. In
Nomine Domini Amen. Quoniam
humani Actus fluxu temporum, sicut
experientia docuit solent in nihilum
redigi id circo neque est legitimas
Actiones, que memoria indigent, per-
scripti continentiam in Notitiam

transmitti

transmitti posterorum. Ea propter Nos
Frater Carolus de Trewen Magister
Generalis Hospitalis Sancte Marie Do-
mus Theutonę Jerosolimitanę constare
volumus universis, tam presentibus
quàm futuris, quòd Joannes dictus
de Waldow, unà cum Uxore sua Catha-
rina, et Filijs suis Arnoldo et Petro,
ac Filiabus suis Helisabeth et Irrutruth,
coram Fratre Ottone Commendatore
de Zchoynze qui tunc extitit Vice Pro-
vincialis in Culmenze in Feudali judi-
cio, et coram Scabinis ejusdem judicij
videlicet Petro de Hezeleth Joanne de
Hemzoth, Tilone de Lipsow Nicolao
de Osec, Joanne de Lugendorff, Conra-
do de Lyneznow, Herbordo Judice di-
cto de Sumerwelt constitutus, Villas
seu Hereditates Wedin et Jinki vulga-
riter nuncupatas, super Fluvium
qui Dbra dicitur sitas, cum utroq; Lit-
tore dicti Fluvij, nec non cum pratis
que Lachowo appellantur, inter Sam-
polno et eundem Fluvium Dbra
iacentibus, et cum lacu qui Sizresyn
dicitur, et lacu Niestromno, et alijs

lacubus

laubus in Districtu dictarum hereditatum sitâ, Sylvis, borris, nemoribus, meltificijs, molendinis, pratis, rivulis, videlicet Sompolna Svechenicza, et dimidio rivulo inter hereditates Srozk Jasienicz et Glinki, currente usq; ad lauum qui Lubchoris dicitur, qui totus ab antiquo pertinet in Bissoviam, ac omnibus alijs utilitatibus, quæ in Districtu dictarum hereditatum sunt vel esse poterunt in futurum Domino Bertoldo Abbati in Bissovia, ac Fratribus ejus, Successoribusq; eorum pro Trecentis Marcis et quinta dimidia usualis monetæ, possidendas in perpetuum resignavit. abrenuntians omni jure una cum prælibatis Filijs, ac Filiabus suis, nec non cum Uxore sua quod eum ex parte Uxoris ejusdem contingit. Promittens quod nullus unquam hæredum seu Successorum aut Consanguineorum Suorum, nominatas hereditates possint redimere, emere, vel eliberare, quia nullum jus in dictis hereditatibus eis competit, fideliter se obligans adhuc ut si quis dictos Fratres prænominatis Villis de cæte-

ro

ro impeteret, aut alicubi citaret, pro ipsis
respondere, et dictas hereditates totaliter
evinere compromittens. Nos igitur
utriusq Partibus Concordiam ratam
et gratam habentes, in perpetuam me-
moriam, ac inviolabilem observanti-
am presentem hartam Nostro Sigil-
lo et Fratris Henrici Magni Com-
mendatoris jeimus roborari. Datum
et Actum in Monasterio Peplin Or-
dinis prædicti, coram laudabili Viro
Domino Gotfrido Abbate Monasterij
recitati, Presentibus Fratribus Nostris,
videlicet Fratre Henrico magno com-
mendatore prafato, Fratre Henrico
Commendatore in Oliwa, Fratre Got-
hardo, Fratre Rudolfo Capellano No-
stro, Fratre Henrico dicto Bobr et ali-
jsq quàm plurimis fide dignis Anno
Domini MCCCXLI. in Crastino San-
ctæ Trinitatis Locus Sinorum Sigil-
lorum Pensilium Quas ejus modi
Literas Originales pargameneas su-
prascriptas sic ut premissum per
Oblatam porrectas, Nos ad Acta
presentia suscipi inscribi et exijs-

dem

dem fideliter descripto parti postulan-
ti authentice extradi Originale vero nun-
cio Offerenti restitui fi de quo recepto
Cancellariam quietavit quietatq; pre-
sentibus fi permisimus In quorum fi-
dem & Actum ut sup.

Oblata Confirmationis Privi-
legij Pramislai Ducis super
Bona in Castellania Vissogro-
den et Bidgostien sita Mo-
nasterio Bissovien Ordinis
Cistersien servien.

Augustus Tertius &

Significamus. & Oblatas esse ad acta
præsentia Metrices Regni Cancellaria
Nostræ Minoris Literas Originales
pargameneas inscriptas conti-
nentes in se confirmationem Privilegii
Præmislai Ducis super Bona in Ca-
stellania Vissogroden et Bidgostien
sitæ, Monasterio Bissovien Ord. Ci-
stersien servien Sigillo appenso
ejusdem Ducis communito sanas
salvas et illæsas Omniq; suspitio-
ne carent Tenoris sequen. In No-
mine Domini Amen. cumbe-

ne

ne sibi prospitiat in futurum, qui an-
te Judicium justitiam præparat. No-
verint igitur universi præsentes vi-
sum vel auditum. Quòd Nos Præmissa-
us Dei Gratia Dux Cujaviæ et Do-
minus in Visegrod et Bidgost ad cor
reverentes conscientia stimulati, in
animo revolvimus et consideravimus
diligenter. Quomodo Monasterium Bis-
soviens Cistersien Ord.s Vladislavien
Diœcesis in nostro Dominio constitu-
tum, à nostris officialibus per nostram
dissimulationem ac conniventiam
aliqualem frequentiùs gravatur in-
justè et damna plurima irrogantur
eidem Districtum Dei formidantes
Judicium et saluti nostræ prospicere
cupientes Abbati et Fratribus dicti
Monasterij recompensam faimus
gratiosam per hoc progenitorum
Nostrorum animarum remedium, ac
Nostrorum peccaminum indulgenti-
am procurare desiderantes, omnia
Bona concessa à Prædecessoribus No-
stris Inditis Principibus in præsen-
tibus confirmamus, Concedimus

etiam

etiam eidem monasterio et fratribus
inibi Deo famulantibus plenissimas
libertates in Omnibus Bonis eorum
que in dominio Nostro in Castellania
Vissogroden et Bidgostien possidere
viden. Quorum nomina sunt hec hanc
schitz, Surowo, Cyrenszewiz cum sorte
sui adjacente, Jelitow, Stromo, Samo-
czanicho, Wosino majus et minus
Smeiz welin et Plinik, Gorsewo, Wan-
sowna, Beryn, Josinazo, Dambroca Ry-
schin cum Kneia, et cum Nenecowa Dam-
browa, Schodricow, Witelno, cum sorte
sibi adjacente Snymez. Byssowà, Se-
dlno Scarbewo Boscho, Lipichino, da-
mus etiam eis potestatem locandi Iu-
re Theutonico, quod Meydburgen vul-
go dicitur, vel alio quocung prout eis
videbitur melius expedire, ita ut ab
Omnibus laboribus exactionibus Sta-
tionibus servitijs vecturis, araturis
à Prewod, a Powrowe, à Podworowe
à Powolowe à Powoz, à wywoz, à na-
raz, a Wymeth, a nastawa, à Wet-
nica, à Mosne, à Poradlne, à Broza
à Bove, à Vacca, à Porco, et alijs
Universis

Universis gravaminibus quocunq; nomine censeantur, ab omnibus etiam angarijs præangarijs cum hominibus eorum absoluti sint penitus et exempti Insuper plenissimam jurisdictionem ac Jus integrum et Judicium in omnibus omnino locis Bonorum hæreditatumq; prædictarum et etiam in vijs publicis et semitis ac vijs privatis. Insuper Castra et Pontes non ædificabunt nec emendabunt, nec ad expeditiones ibunt, excepto solo quando Cujavia ab alieno exercitu invadetur, nec alicui Jurisdictioni Castellanorum Palatinorum, Judicum, Officialium, aut Camerariorum nec eorum Judicijs subjacebunt, nec ad eos citabuntur, nec coram Ipsis pro aliqua hæreditate seu possessione vel pro causa qualicunq; comparere debeant, aut respondere, sed tantum coram Nobis cum per literam Nostram Nostro Sigillo Sigillatam citati fuerint, pro hæreditate vel possessione comparebunt, et in Jure Theutonico quod Meydburgense dicitur respondebunt Adhuc ad majorem cumulum gratiæ Fratribus et Monasterio prædicto ipsum locum in quo nunc Monasterium est fundatum quod Bissovia dicitur cum fluvio qui propè Monasterium

fluit

fluit, qui Dbra vulgariter nominatur
cum utroq; littore intra Termines Bono-
rum dicti Monasterij cum omni Jure
et Judicio et utilitate, tam sub Terra qm
super Terram similiter sicut et Bona
alia confirmamus, ita ut si quid in prædi-
ctis per Prædecessores et Progenitores Nostros
datum non existit, Nos donamus liberali-
ter et devoté, eodem modo in Bonis quæ
Transiit et Sucavo appellantur juxta
Vislam sitis donationem faimus in si-
milibus gratijs si a nostris Prædecessori-
bus est aliquomodo neglecta, Confirman-
tes eis in dictis Bonis omne jus ac liber-
tatem utilitates, pertinentias gratias
et Judicia quelibet sicut in Bonis supùs
memoratis. In fluvio quoq; Vista jus
piscandi, navigium seu passagium ha-
bendi, et Judicia quelibet in ipso flumi-
ne, sicut et in Terra intra ipsorum ter-
minos exercendi. Duas etiam Insulas
è Regione dictorum Bonorum Trans-
chiæ in prædicto Fluvio Vistæ sitas
ac Molendina in Bonis jam dictis si-
militer confirmamus et conferimus,
si à Nostris Progenitoribus non essent
donata. Damus etiam si quid minus
expresse datum foret per Prædeces-
sores

sores Nostros in omnibus Bonis supra-
memoratis, eidem Monasterio liberas
Possessiones in fluminibus, stagnis, ri-
vis laubus ac hominibus ejusdem Mo-
nasterij, quibus tamen ab ipsius Mo-
nasterij Abbate et Fratribus concessum
fuerit, ita quod nulli alij liceat ibi pisca-
ri nec Castores capere, similiter et venatio-
nes tam magnarum quam parvarum fe-
rarum intra terminos predictorum Bonor
eisdem donamus et nulli alij jus relinqui-
mus, nisi Nobis cum personaliter illuc vene-
rimus ad venandum. Habebunt etiam
prenominati Fratres ac eorum homines
jus venandi in omnibus Bonis eorum
cum quibuslibet instrumentis, videlicet
retibus, canibus, laqueis et pedicis, omnia
quoq; Bona quocunq; titulo à Nostris Sub-
ditis Nobilibus seu Popularibus acquisita,
sive per emptionem sive commutationem
sæpe dicto Monasterio et Fratribus inibi
degentibus cum gratijs libertatibus et ju-
ribus, presentium patrocinio similiter
confirmamus. In cujus rei testimonium
presentes Literas fieri et Nostri Sigilli
appensione mandavimus roborari. Actum
in Bronewo Octavo Idus Aprilis Anno
Domini MCCCXV Presentibus his Te-

stibus

stibus Bogumilo Subcamerario Nostro, Prybyslao Castellano de Bidgoszcz, Jesco- ne Nostro Subagazone, Nicolao Czybor- ski Michaele dicto wężzekobila Vodario Nostro. Datum per manus Jesconis Lanv- nii Ecclesiæ Posnaniens Nostri Notarij Principalis Locus Sigilli Pensilis. Quas ejusmodi Literas Originales Pargame- neas Suprascriptas sicut premissum per Oblatam porrectas, nos ad Acta pre- sentia suscipi inscribi et ex ijsdem fide- liter descriptas parti postulanti authen- tice extradi Originale verò rursus Offeren- ti restitui si de quo recepto Cancellari- am quietavit quietatq; presentibus si permisimus In quorum fidem &actum ut Sup.

Oblata Literarum Resignationis certæ sortis hereditb Welun appel- lati circa Lachow sitæ, per Fratrem Theodoricum de Lichtenhayn Com- mendatorem in Tuchela Domino Abbati de Bissovia et Fratribus ejus. Augustus Tertius &.

Significamus &. Oblatas esse ad Acta presentia Metnies Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas Originales Par- gameneas infrascriptas sanas sal-

vas

vas et illesas omnig suspitione carere, con-
tinentes in se Resignationem Sortis he-
reditb Welun appellati circa Lachow sitb
Tenoris sequentis. Nos Frater Theodorius
de Lichtenhayn dictus Commendater in
Tuchela publicare cupimus universis
presentia audire contingentibus, quod
Sortem illius hereditatis que Welun ap-
pellatur, circa Lachow sitam, cum pratis
Lachow nominatis et cum laubus, qui
Stresrchin, et Nistron vulgariter nuncu-
pantur, cum gadibus decurrentibus ad
eos, quos apud Joannem dictum de Wal-
dow et Filijs Suis pro nostris denarijs
Viginti Marcarum, Juramento circa Do-
minum Nicolaum Abbatem de Biso-
via cum Fratribus suis Obtentis com-
paravimus vicevera nullatenus redi-
mendis. Post hec vero visis Privilegijs
sup Welin et Flink rectissime cognos-
centes, quod ad easdem ab antiquo per-
tinebant, alleviare cupientes conscien-
tias Nostras, predictam Sortem cum
laubus et gadibus et pratis Domino
Joanni Abbati de Bisovia et Fratribus
ejus pro dictis Viginti Marcis de con-
sensu Fratrum Nostrorum resignavi-
mus possidendas, cum Omnibus uti-
litatibus, quas sibi in ijsdem Termi-
nis poterunt comparare, et ne alicui

Scripsulus

scripulus dubietatis inde debeat subiri,
præsentes Literas Nostri Sigilli munimi-
ne dedimus roboratas. Datt in Tuchela
in Die Beati Vincentij Levitæ et Marty-
ris Gloriosi Anno Domini Millesimo Tre-
centesimo Trigesimo nono. Præsentibus
his Testibus Domino Alberto Sacerdote,
Fratre Conrado Vullewp, Fratre Henri-
co de Colonia qui sunt Fratres Ordinis
Domino Conrado Plebano in Tuchela
Mathia de Ursfelt Joanne de Sommym
Nicolao dicto Misener Advocato in Tuche-
la et alijs multis fide dignis Locus Sigil-
li Pensilis. Quas ejusmodi Literas Origi-
nales Pargameneas suprascriptas sic
ut præmissum per Oblatam porrectas
Nos Ad Acta præsentia suscipi insini-
bi et ex ijsdem fideliter descriptas Par-
ti postulanti authentice extradi Origi-
nale vero rursus Offerenti restitui fi de
quo recepto Cancellariam quietavit quie-
tatq; præsentibus fi permisimus. In cu-
rum fidem &. Actum ut Sup.
Oblata Confirmativis & Privilegij
Casimiri Regis, super certas he-
reditates Abbati Monasterij Bi-
sovien Ordinis Cistersien servien.
Augustus Tertius &
Significamus & Oblatas esse ad Acta
præsentia Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ

Nostre Minoris Literas originales Pargamineas infrascriptas, Confirmationem Privilegij Serenissimi Casimiri Regis super certas hereditates, Monasterio Bissoviens. serviens, in se continens Sigillog Majori Regni appenso communitas. sanas salvas et illesas Omnigq suspitionis Nota carens Tenoris sequens In Nomine Domini Amen. Que de mera deliberatione Regie Majestatis, tam in Donationibus quàm Juribus et confirmationibus quibuslibet ob devota Obsequia ac grata quispiam benigne conferuntur Testium adminiculo apicibusq Literarum fulciuntur, ut sui robur obtineat perpetue firmitatis incrementum. Nos igitur Casimirus Dei gratia Rex Polonie nec non Terrarum Cracovie Sandomirie, Siradie, Lanicie Cuiavie Pomeranieq Dominus et Hares. Universis tam presens quàm futuris presentium Notitiam habituris presentibus declaramus. Quod veniens ad presentiam Nostram Vir Religiosus Frater Joannes Abbas Monasterij Bissovien Ordinis Cisterien suo et Conventus sui nomine supplicavit Nobis humiliter et devote ut Privilegium super Libertate eidem Monasterio et Bonis ac Possessionibus ipsius per Serenissimum Principem Felicis memorie Dominum Premislaum olim Ducem Cuiavie Concessis, innovare et confirmare

confirmare

firmare dignaremur. Cujus Privilegij
de verbo ad verbum tenor demonstra-
tur ejse talis. In nomine Domini
Amen. Cum bene sibi prospiciat in fu-
turum, qui ante Judicium justitiam pre-
parat, noverint igitur universi pres en-
tes visuri vel audituri. Quòd Nos Pre-
mislaus Dei gratia Dux Cujavie et Do-
minus in Pisegrod et Bydgoszcz ad cor
reverentes consientie stimulati in ani-
mo revolvimus et consideravimus
diligenter, Quomodo Monasterium Bis-
soviens Cisterciens Ordis Wladislavien
Diecesis in nostro Dominio constitu-
tum, a Nostris Officialibus per Nostram
dissimulationem ac conniventiam ali-
qualem frequentius gravatur injuste
et damna plurima irrogan, eidem
Districtum Dei formidantes Judicium
et saluti Nostre prospicere cupientes,
Abbati et Fratribus dicti Monasterij
recompenzam faimus gratiosam,
per hoc Progenitorum Nostrorum
animarum remedium, ac Nostrorum
peccaminum Indulgentiam procura-
re desiderantes, Omnia Bona conces-
sa, à Predecessoribus Nostris Inclitis
Principibus in presentibus confirma-
mus. Concedimus etiam eidem Mo-
nasterio et Fratribus inibi Deo famu-
lantibus

lantibus

lantibus plenissimas libertates in omnibus Bonis eorum, quæ in Dominio Nozbo in Castellania Visscyroden et Bidgosien possidere videntur quorum nomina sunt hæc Transchicz Szuwowo Ceterszewicze cum sorte sibi adjacenti Jeliowo, Stromo, Samoczanicho, Woyssyno, majus et minus Smerz, Welin, et Slinik, Jorzewo Wiansowna, Bergn, Josziradz, Dambrowka Tuschyn cum Dzewo et cum Nenekowo, Dambrowa Szczodrowo, Witelno cum sorte sibi adjacente Snemez, Bissowiz, Sedlno Scarbewo, Boschowo, Lipichino, Damus etiam eis potestatem locandi Jure Theutonico quod Maydburgense vulgariter dicitur, vel alio quocunq; prout eis videbitur melius expedire, ita ut ab omnibus Laboribus exactionibus, solutionibus, servitijs, vecturis, araturis, a Przewod, a Podworowe a Podwolowe, a Powos a Wyrwol, a Narzaz a Wymoth, a Nastano a Wesineza, a Mostne a Poradzne, a Strozo a Bove a Vaua, a Porw et alijs universis, gravaminibus quocunq; nomine censeantur, ab omnibus etiam angarijs et preangarijs cum hominibus eorum absoluti sint penitus et exempti, Insuper plenissimam Jurisdictionem ac Jus integrum, et Judicium in omnibus omnino locis Bonorum hereditatumq; prædictarum, et etiam in vijs publicis et semitis, ac vijs privatis. Jnsuper Ca-

stra

stra et Pontes non ædificabunt, nec emendabunt, nec ad expeditiones ibunt, excepto sole quando Cujarius ab aliene Exercitu invadetur, nec alicui Jurisdictioni Castellanorum Palatinorum Judicum, Officialium et Camerariorum, nec eorum Judicij subjacebunt, nec ad eos citabuntur, nec coram ipsis pro aliqua hereditate, seu possessione vel pro causa qualiunq; comparere debeant, aut respondere, sed tantum coram Nobis, cum per Literam Nostram Nostro Sigillo Sigillatam citati fuerint pro hereditate vel possessione comparebunt, et in Jure Theutonico quod Maydburgense dicitur respondebunt. Adhuc ad Majorem cumulum gratiæ Fratribus et Monasterio prædicto ipsum locum in quo nunc Monasterium est fundatum quod Bisdovia dicitur cum fluvio qui prope Monasterium fluit, qui Obra vulgariter nominat, cum utroq; littore intra Terminos Bonorum Dicti Monasterij, cum omni Jure et Judicio et utilitate, tam sub Terra quàm super Terram, similiter sicut et alia Bona confirmamus, ita ut si quid in prædictis per Prædecessores, et Progenitores Nostros datum non extitit nos damus liberaliter et devotè. Eodem modo in Bonis quæ Transiit et Suo

vo

wo appellantur, iuxta Vsum sitis donatio-
nem faimus in similibus gratijs, si à
Nostris Predecessoribus est aliquando ne-
glecta, confirmantes eis in dictis Bonis
Omne jus et libertatem utilitates, per-
tinentias, gratias et Judicia quelibet si-
cut in Bonis supius memoratis. In flu-
vio quoq; Vistæ ius piscandi, navigium
seu passagium habendi et Judicia qua-
libet in ipso flumine sicut et in Terra
intra Ipsorum termines exercendi. Du-
as etiam Insulas e Regione dictorum
Bonorum Franchiæ in prædicto flu-
vio Vistæ sitas, ac Molendina in Bonis
iam dictis similiter confirmamus et con-
firmus, si à Nostris Progenitoribus
non essent donatæ. Damus etiam si
quid minus expresse datum foret per
Predecessores Nostros in Omnibus Bo-
nis supramemoratis eidem Mona-
sterio liberas possessiones in Flumini-
bus Stagnis, rivis, laubus, ac Domi-
nibus ejusdem Monasterij, quibus ta-
men ab ipsius Monasterij Abbate et
Fratribus concessum fuerit, ita quod
nulli alij liceat sibi piscari nec Aucto-
res capere, similiter et Venationes tam
maynarum quàm parvarum Fera-
rum intra termines prædictorum Bo-
norum eisdem damus, et nulli alij
jus relinquimus, nisi Nobis cum per-
sonaliter illuc venerimus ad venan-

Dum

Habebunt etiam Prenominati Fratres
ac eorum homines jus venandi in Omnibus Bonis eorum cum quibuslibet Instrumentis, videlicet retibus, et canibus, laqueis et pediis, Omnia quoq; Bona quecunq; Titulo a Nostris Subditis Nobilibus seu Popularibus acquisita sive per emptionem seu Commutationem spedicto Monasterio et Fratribus inibidegentibus cum gratijs libertatibus et juribus presentium Patrocinio similiter confirmamus. In cujus rei Testimonium presentes Literas fieri et Nostri Sygilli appensione mandavimus roborari. Actum in Bronewo VIII. Jus Aprilis Anno Domini MCCCXV. Presentibus his Testibus. Bogumilo Subcamerario Nostro Prybyslav Castellano de Bidgoszcz Jasone Nostro Subayazone, Nicolao Czyborsi, Michaele dicto Wenzilobila Nodario Nostro. Datum per manum Jasonis Canonici Poznaniens Nostri Notarij principalis. Nos itaq; Conventus Fratrum justis precibus favorabilibus inclinati, premissum Privilegium cum Omnibus articulis et clausulis in eodem Privilegio supius expressis ratum gratum atq; firmum Habentes et solita Nostra Regie Majestatis benignitate duximus confirmandum. Dantes eidem Abbati et Conventui hanc paginam cum appendi-

ne nostri Sigilli majoris in Testimonium
robur ac evidentiam perpetuæ firmitatis
Actum in Iuveni Vladislaviæ, Feria Tertia
proxima post Dominicam Reminiscere, sub
Anno Domini MCCCL Tertio. presentibus
his Nobilibus nostris Prædbono Capitaneo
Cujaviæ Floriano Cancellario Nostro Lan-
cicensi, Joanne Judice Vladislaviens. Mizzu-
gio Castellano Bidgostiens, Stanislao Ju-
dice Brestens et alijs plurimis fide dignis.
Datum per manus Domini Floriani Can-
cellarij prædicti Locus Sigilli Pensilis. Quas
ejusmodi Literas Originales pargamene-
as suprascriptas sic ut premissum per
Oblatam porrectas Nos ad Acta presen-
tibus suscipi inscribi et eisdem fidelitèr
Descripto Parti postulanti authentice
extradi Originale verò rursus Offerenti
restitui: de quo recepto Cancellariam quie-
tavit quietat, presentibus: permisimus.
In quorum fidem & Actum ut sup.
Oblata Literarum Confirmationis
Casimiri Regis Poloniæ super Vil-
las et earum libertates Abbatiæ Ca-
ronoviens. servien.
Augustus Tertius &.
Significamus & Oblatas esse ad Acta pre-
sentium Metricas Regni Cancellariæ No-
stræ Minoris Literas Originales pargame-
neas infrascriptas. Sigillo Pensili Sere-
nissimi olim Casimiri Regis Poloniæ com-
munitas

munitas Continentes in se Confirmationes
Iurium et Privilegiorum super certas Villas
Abbatie Coronovien: servien: sanas salvas et
illesas omnig suspitione cares: Tenoris seques.
In Nomine Domini Amen. Cum inter
humane Conditionis commoda, nihil digni-
us memoria habeatur, conveuit humana
Conditio singula sub tempore versantia
stili artificio et Festium annotatione eter-
ne memorie commendare. Proinde Nos
Casimirus Dei Gratia Rex Polonie, nec
non Terrarum Cracovie Sandomirie, Si-
radie, Lanciciie, Cuiavie Maynus Dux Li-
thuanie Russie Prussie, ac Culmen: Elbin-
gen: et Pomeranie Dominus et Hares ad
perpetuam rei memoriad. Significamus
tenore presentium quibus expedit univer-
sis presentibus et futuris, harum notiti-
am habitumis. Quomodo pro parte Vobis
ac Religiosorum Abbatis nec non Fratrum
Ordinis Cistersien: Conventus seu Mona-
sterij Bissovien: alias Coronovo in Terra
Pomeranie siti oblata Nobis petitio conti-
nebat. Quatenus Literarum seu Privile-
gium eorum infrascriptum ipsis per
Predecessores Nostros Reges et Principes
Polonie super certa Bona et Villas in
eodem contentas, datum et concessum
ac Sigillo Majestatis olim Serenissimi
Principis Casimiri Dive memorie Polo-
nie Regis Predecessoris Nostri Sigillatas

tam

tam communitam et confirmatam immo-
vare confirmare et ratificare dignaremur,
cujus quidem Privilegij Tenor de Verbo ad
verbum sequitur et est talis. In Nomine
Domini Amen. Quod de mera deliberatio-
ne Regiæ Majestatis, tam in Donationi-
bus quàm Juribus et Confirmationibus
quibuslibet, ob devota obsequia ac grata
cuipiam benignius conferuntur, Testium
adminiculo apicibusq; Literarum fulciun-
tur, ut sui robur obtineant perpetuæ
firmitatis inconvulsum. Nos igitur
Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ nec
non Terrarum Cracoviæ Sandomiriæ
Siradiæ Lanciciæ Cujaviæ Pomeraniæq;
Dominus et Hæres. Universis tam præsen-
tibus quàm futuris præsentium notitiam
habituris præsentibus declaramus. Quod
veniens ad præsentiam Nostram Vir Re-
ligiosus Frater Joannes Abbas Monaste-
rij Bissoviensis Ordinis Cisterciensis suo et
Conventus sui Nomine, supplicavit No-
bis humiliter et devote, ut Privilegium
super libertatibus eidem Monasterio
et Bonis ac possessionibus per Serenis-
simum Principem Felicis memoriæ
Dominum Przemislaum olim Ducem
Cujaviæ Concessis innovare et confirma-
re dignaremur. Cujus Privilegij de ver-
ba ad verbum Tenor dignoscitur esse
talis. In Nomine Domini Amen

Cum

Cum bene sibi prospitiat in futuram, qui
ante Judicium justitiam preparat. Nove-
rint igitur Universi presentes Visuri vel
audituri. Quod Nos Premislaus Dei gratia
Dux Cujavie et Dominus in Visschegrod
et Bidgoszcz ad cor reverentes conscientie
stimulati, in animo revolvimus et diligen-
ter consideramus quomodo Monasterium
Biesszowiez Cisterciez Ordinis, Vladisla-
viez Diocesis in Nostro Dominio consti-
tutum, à Nostris Officialibus per Nostram
dissimulationem ac conniventiam aliqua-
lem frequentius gravantur injuste
et damna plurima irrogantur. eidem
Districtum Dei formidantes Judicium, et
saluti Nostre prospicere cupientes, Abbati
et Fratribus dicti Monasterij recompen-
sam faimus gratiosam per hoc Proge-
nitorum Nostrorum animarum reme-
dium ac Nostrorum peccaminum indul-
gentiam procurare desiderantes, omnia
Bona concessa à Predecessoribus Nostris
inclitis Principibus Nostris in presentibus
confirmamus, conedimus etiam eidem
Monasterio et Fratribus inibi Deo famu-
lantibus plenissimas libertates in Omni-
bus Bonis eorum que in Dominio No-
stro in Castellania Visegradensi et Bid-
gostiensi possidere videntur, quorum
Nomina sunt hec Tranzchaw, Szuko-
wo, Czetersewize cum Lacu sibi adja-
cente.

cente Jeliowo, Stromme, Samoczansko,
Woyszyno majus et minus Smez Welm.
et Glinki, Jorsewo, Waszowna, Beryn
Joszczyrad, Dambrowka, Thuschin, cum
kreiw et cum Nemckowa Dambrowa
Szczodrkow Wytkelno, cum Sorte sibi ad-
jacente Smemin. Bissowin Sedlno, Scar-
bycwo Baszchowo, Lipithino, damus e-
tiam Eis potestatem locandi Jure Theu-
tonico quod Maydburgense vulgo dicitur,
vel alio quocunq, prout eis videbitur me-
lius expedire, ita ut Omnibus laboribus
exactionibus, solutionibus, servitijs vecturis,
araturis a Przewod, a Podworowe a Podwo-
towe, a Powoz a wywoz, a narrasz, a Wy-
moth, a Nastawa, a Wesrnica, a mostne,
a Poradlne, a Stroza, a Bowe, a Jacia a
Poro et alijs universis gravaminibus
quocunq nomine censeantur, ab omni-
bus etiam angarijs, et prianyarijs cum
hominibus eorum „absoluti“ sint penitus et exem-
pti. Insuper plenissimam Jurisdictio-
nem ac Jus integrum et Judicium in Omni-
bus omnino locis Bonorum hereditа-
tum predictarum et etiam in vijs publi-
cis et semitis ac vijs privatis. Insuper
Castra et pontes non edificabunt nec e-
mendabunt, nec ad expeditiones ibunt,
excepto solo quando Cujavia ab alie-

no

ne Exercitu invadetur, nec alicui Juris-
dictioni Castellanorum Palatinorum
Judicium Officialium aut Camerariorum,
nec eorum Judicijs subiacebunt, nec ad eos
citabuntur nec coram ipsis pro aliqua
hereditate seu possessione, vel pro causa
qualicunq; comparere debeant aut re-
spondere, sed tantùm coram nobis cum
per literam Nostram Nostro Sigillo Si-
gillatam citati fuerint pro hereditate
vel possessione comparebunt, et in Jus
re Theutonico quod Maydburgense diu-
tur, respondebunt. Adhuc ad majorem
cumulum gratiæ Fratribus et Mona-
sterio prædicto ipsum locum in quo
nunc Monasterium est fundatum
quod Bissovia dicitur cum fluvio qui
prope Monasterium fluit, Dbra vul-
gariter nominatur, cum utroq; litto-
re intra terminos Bonorum dicti Mo-
nasterij cum omni Jure et Judicio et
utilitate tam sub Terra quam super
Terram, similiter sicut et alia Bona
confirmamus, ita ut si quid, in præ-
dictis per Prædecessores et Progenitores
Nostros datum non extitit nos damus
liberaliter et devote. Eodem modo in
Bonis quæ Franschau et Sunowcap-
pellanz

pellantur iuxta Vistam situs, donationem
facimus in similibus gratijs, sisa Nostris
Predecessoribus est aliquo modo neyle-
cta, confirmantes eis in dictis Bonis
omnes jus ac libertatem, utilitates per-
tinentias gratias et Judicia quelibet
sunt in Bonis superius memoratis.
In fluvio quoq; Vistæ jus piscandi, na-
vigium seu passagium habendi et Ju-
dicia quelibet in ipso flumine sicut
et in terra intra ipsorum limites
exercendi. Duas etiam Insulas è Re-
gione dictorum Bonorum Tranchau
in predicto fluvio Vistæ sitt, ac Molen-
dina in Bonis iam dictis similiter
confirmamus et confirmimus, si à No-
stris Progenitoribus non essent dona-
ta. Damus etiam si quid minus ex-
presse datum foret per Predecessores
Nostros in Omnibus Bonis superame-
moratis eidem Monasterio liberas
possessiones in fluminibus, stagnis,
rivis lacubus ac hominibus ejusdem,
quibus tamen ab ipsius Monastery
Abbate et Fratribus concessum fue-
rit, ita quod nulli alij liceat ibi pisca-
ri nec Castores capere, similiter et
venationes tam maynarum quàm
parvarum

parvarum Ferarum, intra Terminos
Prædictorum Bonorum eisdem dona-
mus, et nulli alÿ ius relinqvimus nisi
Nobis cum personaliter illuc venerimus
ad venandum. Habebunt etiam Præno-
minati Fratres aurochorum homines
jus venandi in omnibus Bonis eorud
cum qvibuscunq instrumentis videli-
cet et canibus laqveis, et pedicis, omni
qvoq Bona qvocunq titulo à nostris
subditis Nobilibus seu popularibus ac-
quisita, sive per emptionem sive per
Commutationem sepe dicto Monaste-
rio et Fratribus inibi degentibus cum
gratijs, libertatibus. et Juribus pre-
sentium Patrocinio similiter confir-
mamus. In cujus rei Testimonium
presentes literas fieri et nostri Si-
gilli appensione mandavimus robo-
rari. Actum in Broniewo Octavo
idus Aprilis, Anno Domini Millesi-
mo Trecentesimo Quindecimo. Pre-
sentibus Testibus Bogumilo Subca-
merario Nostro, Pribislao Castellano
de Bidgoszcz, Jasione Nostro Subaya-
zone, Nicolao Czyborski Michaele
dicto Wezyhobyla Wlodario Nostro.
Datum per manus Jaxonis Cano-
nici

nii Posnaniæ Nostri notarij Principalis.
Nos itaq; Eorundem Fratrum justis preci-
bus favorabilibus inclinati, præmissum
Privilegium cum Omnibus articulis et clau-
sulis in eodem Privilegio superius expressa-
tis, ratum, gratum, atq; firmum habentes.
de solita Nostræ Regiæ Majestatis benigni-
tate duximus Confirmandum. Dantes ei-
dem Abbati et Conventui hanc paginam
cum appensione Nostri sigilli Majoris
in Testimonium robur ac evidentiam per-
petuæ firmitatis. Actum in Juveni Vladi-
slavia Feria Tertiâ proximâ post Domi-
niam Reminiscere sub Anno Domini Mil-
lesimo Trecentesimo Quinquagesimo Ter-
tio. Præsentibus his Nobilibus Nostris Sæd-
borio Capitaneo Cujaviæ, Floriano Camel-
lario Nostro Lanscicen, Ioanne Judice Vla-
dislaviens, Mszczugio Castellano Bidgosti-
ens, Stanislao Judice Brestens et alijs plu-
ribus fide dignis. Datum per manus
Domini Floriani Camellarij prædicti. Nos
itaq; petitionibus prælatis tanquam ju-
stis et rationi Consonis benigniter annu-
entes præscriptum Privilegium in Omni-
bus suis articulis punctis clausulis, et
conditionibus de certa Nostra scientia Pra-
latorumq; et Baronum Lateri Nostro tunc
assidentium

assidentium ad id audiente Consilio, ratum
et gratum habentes ratificamus, roboramus
et confirmamus. Decernens ipsum robur
suae perpetuae firmitatis obtinere. Harum
quibus Sigillum Nostrum presentibus est
subappensum testimonio Literarum. Actum
Cracoviae Feria Quarta in Crastino Visita-
tionis Mariae Virginis. Anno Domini Mil-
lesimo Quadringentesimo Septuagesimo
Primo. Presentibus Reverendissimo in Chri-
sto Patre Domino Joanne S.e Eccleae Gne-
snens Archiepo et Primate, nec non Ma-
gnificis Generosis ac Nobilibus Joanne
de Pilcza Cracovien. Luca de Gorka Po-
snanien. Derslao de Rythwiany Sando-
mirien. Stanislao de Ostrorog Calissien. Ni-
colao de Bradzewo Sieradien. Nicolao
de Lutno Lancicien. Palatinis, Chinza de
Rogow Sandomirien. Joanne Taremba
de Kalinowa Siradien. Dobeslao Smitha
de Wisnicze Lublinen. Joanne de Tarnow
Wozniken. Joanne Felix de eadem Tar-
now Vislicien. Stanislao Wantrobka de
Strzelce Sandecen. Petro de Branycze Be-
cen. Castellanis, et alijs quam plu-
bus Testibus ad premissa fide dignis. Da-
tum per manus Publis Alberti de Ky-
chlin Custodis Sendomirien. Gnesnen.
Cracovien.

Cracovien. Wladislavien et Posnanien Ecclesiarum Canonici. Regni Polonie Vicecancellarij, sinceré Nobis dilecti. Relatio Nobilis Szbignei de Oleszniea Scholastici Cracovien Gnesnen et ejusdem Cracovien Ecclesiarum Canonici. Locus Sigilli Penzilis. Quas ejusmodi Literas pargameneas suprascriptas sic ut premissum per Oblatam porrectas Nos ad Acta presentia suscipi inscribi et ex ijsdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale vero ursus Offerenti restitui f. de quo recepto Cancellariam quietavit quietatq; presentibus f. permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Oblata Litterarum Commutationis Bonorum perpetuorum Wladislavinsem cum Abbate et Conventu Bijsovien facta.

Leguntur Tertius f.

Significamus f. Oblatas esse ad Acta presentia Metrices Regni Cancellarie nostre Minoris Literas Originales Pargameneas infrascriptas, Sigillis Penzilibus Episcopi et Capituli Wladislavien communitas Commutationem Bonorum Certorum

in

in se continens sanas salvas et illesas, omnis
suspitione careas Tenoris sequentis In No-
mine Domini Amen. Facta et ordinationes
hominum, propter presentis vite transi-
tum a successorum ac posterorum ipsorum
plerumq; tolluntur memoria, si non fu-
erint perennatione et testimonio Litera-
rum apicibus commendata. Hinc Nos
Vislaus Divina miseratione Episcopus
Cujavie et Pomeranie notum esse volu-
mus cunctis Christi fidelibus, presenti-
bus et futuris. quod ex inumbente Nobis
Pastorali cura, et sollicitudine, consideran-
tes necessitatem Religiosorum Virorum,
videlicet Engelberti Abbatis ac Conventus
ipsius Fratrum Cenobij de Bissovia, Cister-
cien Ord. et Nostre Dioecesis, respicientes
claustri eorum necessariam transpor-
tationem, ut eo quietius ac sincerius Do-
mino Deo famulentur, de consensu com-
muni et voluntate unanimi Capituli
Nostri Wladislavien et Cusicien suffici-
enti deliberatione habita, maturoq; Con-
silio prelibato, hanc cum ipsis fecimus
Ordinationem et Contractum, Hereditа-
tum q; ac Decimarum commutationem
Cedimus igitur dicto Abbati et ejus Con-
ventui

ventui de hereditate ac possessione Nostra
que Smeyske vocatur loco ipsorum ad
quem se et Claustrum suum transferunt
contigua et conveniente; Quem etiam
locum feliem Vallem censemus appel-
lari, Salvis primis Privilegijs eorum qui-
buslibet, ac Donationibus, nomine sive
Titulo Bisseviis à quibuscumq; personis
Ecclesiasticis aut Laicis assentis. Et da-
mus praditam hereditatem Smeyske
ipsis ac Cœnobio ipsorum cum totali
Decima illius, et cum agris, pratis, sylvis
cum lacu illius qui Labochorza dicitur et
rivulo ex eo fluente, cum Omni Jure ac
libertate qua Nos eam pacifice possedi-
mus ab antiquo tempore. Et cum Omni
utilitate illius, absq; ulla exceptione Jure
perpetuo tenendam ac possidendam et
aquam fluvij Dbze cum pleno usu vadij
piscationis Castorumq; ac Molendinorum
quantum contingunt termini possessio-
nis Smeyske annuente et consentiente
ad hoc specialiter Domino Vito Prepositi
to Wladislaviens ad cujus Preposituram
pertinet Jus Castorum in eodem flumi-
ne à terminis Pomeranis usq; Vizlan
Insuper confirmamus et damus eisd
videlicet Abbati et Conventui, ac Cœno

bio

bio eorum totas decimas de Villis ac possessionibus illorum scilicet de Jozewo de Transchaz cum Suuow de Schodzewo et de Jogolina Slaslai, plene sicuti nunc sunt in terminis et gradibus suis, de agris cultis et incultis ac de novalibus earum in rubetis et sylvis Jure perpetuo possidendas absq; exceptione aliqua singularum portium, aut specialium Vocabulorum sive etiam Villæ de suis locis transpenantur sive dividantur. Pro his autem omnibus accepimus ab eodem abbate et ejusq; conventu hereditates sive possessiones condudas videlicet Dobrzuke cum lacu et Pirow prout sunt in agris, pratis, sylvis et aljs pertinentijs ac utilitatibus suis Jure hereditario perpetuo possidendas. Preterea decimas decoden Pirow de toto Jansino et de Scholpino, ab ipsis accepimus, quas à Domino Volimiro Episcopo quondam Cujavie et suo Capitulo adeptis fuerant in ordinatione et concordia facta super testamento finali Comitis Bogusz Palatini olim Masovie Patroni S. Gothardi in littore Vistæ ex opposito Senis Vladislavie, cui etiam Ordinationi prefatus Abbas cum suo Conventu protestati sunt, et promiserunt bona fide se stare per

Omnia

Omnia et consentire, ut ex hoc huc presens
Nostra et eorum rite patrata Ordinatio
rata semper maneat et eterna, et ut hec omnia
a secundum quod nunc ordinata sunt per-
petue firmitatis robur obtineant, presen-
tem paginam super his conscriptam no-
stro Sigillo, et Sigillis Capituli nostri de Va-
dislavia et de Crusvicia supe dicto Abbati
ac suo Conventui dedimus communitam
Acta sunt hec publice in sene Vladislavie
Anno Domini MCCLXXXVIII Indictione
prima, IIII. Calendas Maij in Die Sancti
Vitalis Martyris Presentibus et assentien-
tibus Dominis Lipchardo Vladislaviens et
Alberto Crusvicien Decanis, Vito Vladisla-
vien, Joanne Crusvicien et Joanne Plocen
Prepositis, Dobcgneus Vladislavien Alexio
Crusvicien et Petro Pomeranie Archidiaco-
nis Joanne Vladislavien Stanislao Crus-
vicien et Joanne Plocen Cantoribus, Vence-
slao Vladislavien et Theodorico Crusvicien
Scholasticis Henrico Custode Vladislavien
nicolao Sebastiano et Anselmo Canonicis
Vladislavien Amen. Loca Trinorum Pen-
silium Sigillorum. Quas ejusmodi Literas
Originales Pargameneas sic ut premissum
per Oblatam porrectam nos ad Acta presen-
tia Jussisi inscribi et ex ijsdem fideliter
descripsimus.

decripto Parti postulanti authentice extradi
Originale vero rursus Offerenti restituj fide
jus recepto Cancellariam quietavit quietatq;
presentibus i permisimus. In quorum fi-
dem Actum ut sup.

Oblata Literarum Confirmatio-
nis Commutationis ortorum Bo-
norum Abbati et Conventui Bisso-
vien seruien
Augustus Tertius &

Significamus. Oblatas esse ad Acta presen-
tia Metricis Regni Cancellarie Nostre Mi-
noris Literas Originales pargameneas in-
pascripto Sigillo penili Serenissimi olim
Mistivoj Ducis Pomeranie communitas, con-
firmationem certe Commutationis Bo-
norum inter Episcopum Cujavien et
Abbatem Bissovien facte in se continen
sanas salvas et illesas Omniq suspitio-
ne carens Tenoris legwen. In Nomine
Domini Amen. Facta et voluntates homi-
num, propter ipsorum vite mutabilitatem
temporumq decursum solent plenumq im-
mutari et irritari a posteris eorum, si non
ea que rata permanere debent atq per-
petua Literarum ac fide dignorum ho-
minum testimonio confirmentur. Hinc est
quod nos Dei gratia Mistivius Dux Pome-

ranie

ranie notum esse volumus Cunctis Christi
fidelibus presentibus et futuris, quod ex im-
cumbente necessitate Religiosorum Virorum
Domini Episcopi videlicet Lesaviens et Ab-
batis Bissovien Cisterciens Ordis respective
Cenobij necessaria transpositione, ut eo
quietius et sincerius Fratres qui se Deo ser-
vire voverunt Domino famulentur de
Consensu Communi et voluntate unanimi
utriusq Conventus Vladislaviensis et Biso-
vien sufficienti deliberatione habita, matu-
roq Consilio prælibato, talem Ordinationem
et Contractum coram Nobis fecerunt. Vid
Dominus Episcopus Vislaus cum consen-
su suorum Canonicorum hereditatem
que vulgariter Smese nuncupatur cum
suo Districtu hoc est cum toto lacu, et cum
pratis adjacentibus, per Commutationem
alterius hereditatis que vocabulo suo
Dobrze nominatur Abbati et Conventui
Bissovien tradidit in perpetuum possi-
dendam. Quam Ordinationem coram
Nobis solemniter factam nullo contradi-
cente Dominus Joannes Plebanus de Sior.
la processu temporis irritare volens, que-
rimoniam de Abbate proponens in pre-
sentia Nostri dicens lacum de Lubleze
cum pratis adjacentibus Jurisdictioni sue
Ecclesie

Ecclesiæ ab antiquo spectare. Abbas ipsius
prædicti Plebani gravamen ferre non valens
Dominum Episcopum adijt, ut eum ab in-
juria prefata liberaret, quod et Dominus
Episcopus „ sufficienter fecit, ita quod Dñus Epp̃us „
Episcopus „ legitime hoc coram Nobis pro
bavit testimonio Canonicorum Suorum nec
non et Assertione Domini Petri Plebani de
Lijzow Viri idonei ipsum lacum quondam
possidentis, ex arbitrio utriusq Partis ad hoc
vocato Juris iudicio est definitum per Ple-
bani supradicti Juramentum quod saepe
dictus lacus ad Ecclesiam Vadislavien
pertinet. Nos vero auditis Partibus repe-
titionem Plebani injuste factam, omni-
no decernimus irritam esse et inanem
ipsum lacum cum suis attinentijs Domi-
no Abbati et suis Fratribus de Bijzovia
adjudicavimus in perpetuum libere pos-
sidendum, Ne ergo aliqua in posterum
possit suboriri calumnia, qua nostram
Confirmationem infirmaret hanc pagi-
nam Testimonij Sigilli Nostri duximus
roborandam. Acta sunt haec in Swec
Anno Domini MCC. LXXXXII. Testibus pre-
sentibus Paulo Palatino, Stanislao Castel-
lano, Paulo Subcamerario Spiporcæ Sub-
pincerna. Domaslao. Datum per ma-
num Audatiani Notarij Curiæ Nostræ in
Die

Die Sancti Michaelis Archangeli. Locus Sigilli pensilis. Quas ejusmodi Literas Originales pargameneas suprascriptas sic ut premissum per Oblatam porrectas Nos ad Acta presentia suscipi inscribi, et ex ijdem fideliter descriptas Parti postulanti authenti-
ce extradi, Originale vero rursus Oferenti restitui. de quo recepto Cancellariam quietavit quietata. presentibus. permisimus
In quorum Fidem &. Actum ut sup.

Oblata Privilegij super Sculteciam in Villa Dinkel Honesto Michaeli Szenewelt per Abbatem et Conventum Coronovien. dati.

Augustus Tertius &.

Significiamus &. Oblatas esse ad Acta presentia Metrice. Regni Cancellarie Nostre Minoris Literas Originales pargameneas infrascriptas, manibus Abbatis et F.F. Conventus Coronovien. suprascriptas, Sigillis eorundem bonis sub appressis communitas, sanas salvas, et illesas Omnig Suspitione carentes Tenoris seguen.
In Nomine Domini Amen. Nos Fr. Chrisostomus de Werbno Lawkowski Divina vocatione Abbas Coronovien. Procurator generalis per Italiam et adjacentes Insulas Visitator S. O C.

Sacre

Sacræ Regiæ Majestatis Secretariow. Præsen-
tibus Literis Nostris Significamus Universi et
singulis quorum interest vel interesse. Quia
Nos cupientes in Villa et hereditate Nostra
Glinki Sadtetiam fructificationi et ordini me-
liori reddere de unanimi Consensu dilecto-
rum in Christo Fratrum Conventus Novi
Coronoviensis eandem Sadtetiam Hone-
sto Michaeli Szenewelt damus et confer-
mus ad vitæ ipsius tempora, et consortis ejus,
atq; unius eorum ex Filijs, qui Nobis capacior
videbitur, quæ Sadtetia Sex Mansos in se
continet, quem libet Mansum Octo Sad-
torum computando prout ex revisione
patuit, in possessionem advitalitiam, do-
namus donamus, et ipsorum possessioni ad-
scribimus, cum Omnibus attinentijs et perti-
nentijs agris pratis tribus ad rippam Fluvij
Drda iacentibus, penes rivulum qui derivat
à desolato molendino vel Stagno Olsze-
wska dicto, cum Omnibus ædificijs in Inven-
tario connotatis, et cum hortis prout anti-
quitus in suis metis consignata omnia fue-
re, et circa possessionem antiquorum Sad-
torum permansere. De novo addentes
eidem partem certam prati ni Laskowo
post rivulum, qui defluit ex lacu. Nientem-
nos juxta signa posita in eadem parte

Prati

prati, nec non concedentes eidem Braxatoriam
cerevisiæ, et cocturam vini adusti, pro sua
tantum mensa, nec præsumat tam cerevi-
siam quam crematum ad Tauponas Nostras
cum Damno et præjudicio Nostro extrade-
re, vel vendere, quod sub nullitate Lapsus
Privilegij cavemus, Insuper pro Foco li-
beram Collectionem, et exitionem arbo-
rum ad ædificia non valentium ei permitti-
mus, pro arboribus autem exindendis
ad ædificia necessarijs, consensum Nostrum
requiret, pro Pecoribus, Pecudibus et Ovibus
si quantum fovere potent permittimus
et alijs Animalibus suismet proprijs in Bo-
nis Nostris pascua Concedimus, Contribu-
tionem verò Hybernorum, secundum di-
spartimentum à Nobis constitutum, tum
Contributionem quod vulgo vocatur Ko-
glowne solvere tenebuntur, pro qua ta-
men sic allegata Libertate in hoc Privile-
gio expressa, Nobis et Successoribus Nostris,
Modernis præfatæ Scultetiæ Possessores
et eorum Successores, quolibet Anno pro
Festo Sancti Martini Episcopi Centum
quinque decem Tynfones s. unum Tynfe-
nem numerando per Triginta Octo
groschi persolvent. Jam vero quia Vil-
la supradicta caruit hactenus in variis
injurijs

injurijs propulsandis et avertendis, Como or-
dine et Judicio, hii idem prefatæ Scultetiæ
Possessor tenebitur Subditis Nostris ibidem
degentibus, in eisdem injurijs invicem sibi
illatis Jus dicere, nec non pravos mores, vitæ
honestatem Subditorum Spiritualium læden-
tes sua Sedula animadversione coercere, et
pœnis condignis afficere, sicq rebus Villæ ejus
attendere, ut et pietatis et morum Christia-
norum probitas appareat. Tenebitur insu-
per census Nostros, tam in paunia quam
in frumentis à Subditis ibidem degentibus
exigere, et eosdem ab omnibus in toto exa-
ctos per Subditos Nostros pro Festo San-
di Martini Episcopi Nobis presentare. Quod
si aliquas mulctas pro prevaricatione ali-
qua cum à Subditis Nostris exigere con-
tigerit, ex ipsis duas pro Nobis partes
mulctarum et tertiam pro se tollat. Re-
spectu vero Onerum prefatarum Addimus
Ipsi liberam piscationem parvis retibus
sive Wiguorkami, sive Stæpani Siecciami,
in Stagno Nostro Lychorz dicto. Promitti-
mus autem pro Nobis et Successoribus
Nostris quòd à prefata Scultetia durante
vita Donatariorum Nostrorum, eosdem
aliquo Juris quæsito colore non amovebi-
mus, nec Successores Nostri amovebunt,

imo

imo ipsos in pacifica possessione et usuum fructuum ejusdem Scultetiæ et Nos Successorcs Nostri conservabunt. Præcavemus tamdem ne dictam Scultetiam cujuscumque Dictionis Conjuges vendant, alienent seu locent, sine speciali Nostro et Conventus assensu Nostri; si vero cum Consensu Nostro et Conventus Nostri illis vel Successoribus eorum prætatam Scultetiam vendere contigerit, quartam pretij pro eadem Scultetia, Nobis vel Successoribus Nostris reservamus partem; si quid super præmissa attentaverint, ipso facto eadem Scultetia privari decernuntur. Datum Coronovie in ædibus Monasterij Nostri Die 10mo Julij Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo. Frater Christostomus Abbas Coronovien.is. Locus Sigilli Abbatialis. Hoc Privilegium auctoritate mea Abbatiali, quo ad omnia ejus puncta clausulas et conditiones corroboro et confirmo Die 23tia Aprilis 1745. Frater Nicolaus Stephanus Chrzanowski Abbas Coronovien.is S.O.Cmg ad cedendum hoc Privilegium pro Persona Joannis Reyder Consensum facio idem qui Supra. Locus Sigilli Conventualis, hoc Privilegium per Cessionem a Michaele

à Michaele Stenewelt in Personam Joannis Reyder devolutum, cum Omnibus ejus punctis et conditionibus eidem Joanni Reyder approbo et confirmo Die 18va Martij Anno 1755. Frater Joannes Chrzanowski Abbas Monterenjs. S.O.C. Frater Stephanus Chrzanowski Prior Coron. Frater Thomas Senior. Frater Mauritius Senior. Frater Raymundus Jarczynski Supprior. Frater Casimirus Lilienthal Præpositus Coron. Frater Plaudus Michalski Provisor. Frater Hilarius Bursarius Frater Hyeronimus Held Prosecretarius rp. Duas ejusmodi Litteras Pargamenas Suprascriptas, sic ut premissum per oblatam porrectas Nos ad Acta presentia suscipi inscribi, et ex ejsdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi Originale verò rursus Offerenti restitui fideque recepto Cancellariam quietavit quietatq; presentibus f. permisimus. In quorum fidem &. Actum ut sup. Hæc omnia Privilegia ut supra suscepta Religiosus Pater Ludovicus Zablocki Professus Monasterij Coronovien. S. Ord. Cisterc. dien. Præpositus Bissovien. ad articandum obtulit, et eadem rursus adscripsit, de quo recepto Cancellariam presentem quietavit et pro Majori fide manu propria se se Subscripsit. Pater Ludovicus

Dominus Tabloski Professus Monasterij Coron
S. Ord.s Cisterc.s P. B. mpp.

Edit de Advocatia in Villa Wola Mie-
dnicowska dicta in Terra Sochaczo-
ven. sitt. Dus Andreas Krasuski Dis
Antonio Krasuski et Theresiæ de Balin-
skie Conjugibus.

Augustus Tertius

Significamus p. Quos coram Nobis pres-
bus Metricæ Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
noris comparens personaliter Dus. Andre-
as Krasuski sanus mente et corpore existens
recendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis proprijs, huic autem Ju-
risdictioni Nostræ Regiæ quæ ad infrascri-
pta recognoscenda attinet se se subjicien-
do et incorporando palam libere ac be-
nevole recognovit et presentibus recogno-
scit. Quia Ipse inhærendo Literis Consensus
Nostri Regij de Data illius Lis Varsaviæ
Die Vigesima Septimâ Mensis Novem-
bris Anno Domini Millesimo Septingen-
tesimo Quinquagesimo Quarto sibi Reco-
gnoscenti ad edendum de Advocatia in
Villa Wola Miednicowska dicta, in Terra
Sochaczoviens sita per Nos benigne Con-
cessis manu Nostra Regia Subscriptis
et Sigillo Majori Regni communitis
ad presens in suo Originali illaso ex-

hibitis

hibitis Tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czerniechoviæ, Nec non Hereditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus presentibus Litezis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Consentisse Nos et permisisse Consentire, et permittere Jõ Andreæ Krasuski ut possit et valeat de omni et integro Jure suo, quod Ipsi super advocatiam in Villa Miedniè-wsku dicta in Terra Sochaczoviensi sita servit et competit cedere, illudq; in Personas Jmor.ⁿ Antonij Krasuski et Theresiæ de Balinskie Conjugum plenarie transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio Juris, transfusio, postequam Coram Actis quibusvis Authenticis Regni facta et recognita fuerit. Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ previo hocce Consensu Nostro perageretur. Vigore cujus cessionis presentis Consensus Nostri præditam Advocatiam in Villa Wola Miedniewska dicta sitam cum Curijs prædijs Braxatorijs, Tabernis, Molendinis, agris, pratis

tis, Campis, Sylvis Nemoribus, Stagnis, pi-
scinis, Fluvijs, Fluminibus, subditis Eorum
laboribus, Censibus, dationibus, ventijs
emolumentis attinentijs et pertinentijs
nullis penitus exceptis, sed ita late longe
et circumferentialiter, prout ab antiquis
et immediatis Donatarijs possidebatur
Praediti J.J. Antonius et Theresia de Ba-
linskie Krasuscy Conjuges ambo et insi-
dium tenebunt, habebunt et posside-
bunt, vel una Eorum vita functo alter
superstes tenebit, habebit et possidebit
ad extrema vitae suae tempora. Promitti-
mus autem pro Nobis et Serenissimis
Successoribus Nostris, non esse Nos Se-
renissimosq Successores Nostros ab usu
et pacifica possessione dictae Advocatiae
Eosdem J.J. Krasinskie Conjuges amo-
turos neq amovendi potestatem cui-
piam daturos, sed salvum et integrum
jus advitalitium Ipsis ambobus et in
solidum conservaturos, quod et Sere-
nissimi Successores Nostri praestabunt
Ratione cujus Advitalitatis solitam quartam
Proventuum partem juxta Legum
praescripta ad Thesaurum Regni in-
ferre tenebuntur. Juribus Nostris Re-
galibus Reipublicae Ecclesiae Romanae
Catholicae

Catholica Salvis manentibus. In quorum fidem
presentes manu Nostra Subscriptas Sigillo
Regni Communiri iussimus Datum Varsa-
viæ Die XXV Mensis Novembris Anno Do-
mini MDCCLIV. Regni verò Nostri XXII
Anno Consensus cedendi de Advocatia in
Villa Wola Niedniewska dicta in Terra
Sochaczoviensi sita Generoso Andreæ Gra-
uski in Personas Jnsor Antonij Gra-
uski et Theresiæ de Balinskie Conju-
gum datur. Augustus Rex. Locus Si-
gilli Majoris Regni Adalbertus Rako-
uski Sr. R. Mtis et Sigilli Majoris Re-
gni Secretarius my. Cancellariatu Illmi
Excellmi Domini Joannis Comitis in Lon-
skie et Białozow à Malachowice Ma-
łachowski Supremi Regni Cancellarij
Ostrolęcen. et Capitanei Sigillatum. Jam
exnunc et defacto de omni et integro Jure
suo Advitalitio, quod, quantum et quale
sibi Recognoscent ad præfatam Advoca-
tiam in Villa Wola Niedniewska dicta
in Terra Sochaczoviens. sitam vigore
Privilegij et Juriam suorum servitet
competit ac hucusq servebat et compe-
tebat in Personas J.J. Antonij Grauski
et Theresiæ de Balinskie Conjugum cef-
sit abscessit et condescendit, prout pa-
tentis

sentiæ cessionariæ Inscriptionis virtute
tam de prætacta Advitalitate, Privilegio
ac Juribus suis, quàm de eadem Advoca-
tia, ejusq; adjitijs, Prædijs, Agris, pratis,
Campis Sylvis, Borris, gajis, nemoribus
Stagnis, Piscinis Laubis, fluvijs flumi-
nibus, Molendinis, Braxatorijs Tabernis
Subditis, eorumq; diurnis laboribus, cen-
sibus, dationibus, Commodis et emolu-
mentis cunctis denq; attinentijs et per-
tinentijs generaliter Universis, nullis
penitus exceptis, nihil pro se aut pro
quopiam alio reservatis cedit, condescen-
dit et plenarie ad tenendum habendum
fruendum et possidendum resignat
Omneq; Jus suum Advitalitium Posse-
sionem et usum fructum in Eundem
Gnõzum Antonium Krasuski transfert
transfundit et transportat. Intromissio-
nem realem et actualem cum pacifica pos-
sessione per Ministerialem quemvis Re-
gni generalem et Nobiles duos quosvis
facilius Conducendos, in prædictam Advo-
catiam Officiosé acceptandam Eidem Ge-
neroso Antonio Krasuski Cessionario suo
dat Concedit et liberé admittit, nec
per se ne per quosvis Submissos et Sub-
ordinatos

ordinatas Personas prepediturum aut im-
pugnaturum, imo libere admissurum se
inscribit et Obligat. Hac sua personali re-
cognitione ad premissa mediante alias
in forma Inscriptionis cessionarie de Iu-
re plenissima firmissima et perfectissi-
ma. Pro Majori vero firmitate manu
propria se subscripsit Andreas Krasuski
rg. Quam ejusmodi Inscriptionem ces-
sionariam sic ut ut premissum facta
et Recognitam Nos firmam ac de Iu-
re validam haberi volentes eandem
ad Acta presentia suscipi inscribi et
ex iisdem fideliter descriptam Parti
postulanti authentice extradi permi-
simus In quorum fidem &. Actum
Actum Varsavie Feria
Quarta post Domini-
cam Septuagesimae
proxima, Die scilicet
Decima Octava Mes-
sis Februarij Anno
Domini Millesimo
Septingentesimo Quin-
quagesimo Sexto Re-
gni vero Nostri XXIII.
Anno.

Ad Relat.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Magnifici Domini Supre-
mi Dni Cancellarij ut Sup.

Quietat Nobilis Bartholomæus
Sowinski suo et Matris atq Fra-
trum Sororumq suarum Nomi-
ne Nobiles Stanislaum Nowicki
et Evam de Brzozówkie Conjuges
Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis presen-
tibus Metrices Regni Cancellarie Nostre
Minoris Comparens personaliter, No-
bilis Bartholomæus Sowinski, suo et
Nobilis Helene de Jaskulskie olim No-
bilis Martini Sowinski Consortis reli-
ctæ Viduæ, sui vero Recognoscentis Ma-
tris, tum Nobilium Martini et Ignatij
Sowinskich, atq Mariannæ de Sowin-
skie, Nobilis Francisci Mostowski Con-
sortis, tum quoq Mariannæ et Hele-
næ Virginum Fratrum et Sororum
Suarum, tanquam præditorum No-
bilium Bartholomæi et Helenæ So-
winskich Successorum nomine &c. pro
quorum ratihabitione in forma Juris
plenissima cavet et se inscribit &c. rece-
dendo à Foro Terni et Jurisdictioni-
bus suis quibuscuis propriis, Quæ cau-
ten

tem Jurisdictioni nostræ Regiæ quæ ad-
infrascripta recognoscenda attinet se Sub-
jiciendo et incorporando palam libere
ac benevole recognovit et præsentibus
recognoscit. Quia Ipse Nobilis Stani-
slaum Nowicki Theloneorum Nostro-
rum Notarium et Evam de Brzozow
ejusdé Conjuges de omnibus et Singu-
lis pretensionibus usq; ad diem hodi-
ernam et quocunq; fonte et capite
pullulantibus quietat, et absolutos mit-
tit, Citationes, Protestationes, et Ma-
nifestationes quasvis, Coram Actis
quibuscunq; sive per Præfatum olim
Nobilem Martinum Patrem, sive per
quempiam Nomine ejus aut Consortis
ad præsens Vidue sive Successorum
Sowinscianorum factas cassat et anni-
lilat, nullumq; titulum ex quocunq;
pretextu contra memoratos Nobiles
Nowickie Conjuges reservat, aut exci-
pit, verum Eosdem plenarie et tota-
liter quietat. Hæc sua personali Re-
cognitione ad præmissa mediante. Pro
Majori verò firmitate manu propria
se se subscripsit. Bartlomiey Sowin-
ski moim, Matki, Braci, y Siostr moich
imieniem

imieniem my. Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut premissum factam et recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta praesentia suscipi inscribi et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut sup. Oblata Literarum super Vice Colonellatum in Equitatu Exercitus Regni Generoso Josepho de Riaucour Rerum Bellicarum Sae Rae Mtis Consiliario ac Commissionis Thesauri Sae Rae Mtis Assessori servientium.

Augustus Tertius

Significamus &. Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostra Minoris Literas Originales papyreas Literarum infrascriptarum manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Minori Regni communitas sanas, salvas, et illesas, omnig. suspitionis nota carentes Tenoris sequentis Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kyoviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae Smolenscieque

lensciæ Severiæ Czerniechoviæq; nec non Hæ=
reditariis Duc Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis Nostris
quorum interest Universis et Singulis. Quia
Nos remunerando merita Dñi olim Jose-
phi Benedicti de Riauvour Capitani sub
Regimine Dragonico Magnifici olim Ada=
mi Sieniawski Exercituum Regni Ducis,
quæ sibi fideli Bellico obsequio cumu=
lavit, habitoq; respectu servitiorum Filij
Ejus Generosi Josephi de Riauvour rerum
Bellicarum Consiliarij nostri, ac Commis=
sionis Thesauri nostri Assessoris, Nobis
à tot annis præstitorum faciendum
esse duximus, ut Ipsi Vice colonellatum
in Equitatu Exercitus Regni daremus
et Conferremus, prout quidem damus
et conferimus præsentibus Literis No=
stris, ita, ut præfatum munus, cum Omni=
bus Juribus, Prærogativis, et Immuni=
tatibus teneat, habeat, et possideat ad
extrema vitæ suæ tempora, vel amplio=
ris Officij assecutionem. Quod omnibus
quorum interest, præsertim verò Ma=
gnificis Generosis Exercituum Regni
Ducibus, Generalibus, Colonellis, Præfectis
notum esse volentes, mandamus quate=
nus Præfatum Generosum Josephum

de

de Riauuenel, pro vero et legitimo Vicecolo-
nello in Equitatu Exercitus Regni habeant
et agnoscant, eidemq; de Juribus Prero-
gativis, Immunitatibusq; dicto muneri
competentibus respondeant, et ab alijs re-
sponderi curent. Pro gratia Nostra Regia
In quorum fidem presentes manu Nostra
subscriptas. Sigillo Regni communiri jus-
simus. Datum Dresdæ die XV. Mensis Ja-
nuarij Anno Domini MDCCLVI. Regni
vero Nostri XXIII Anno. Litere Vicecole-
natus in Equitatu Exercitus Regni
Generoso Josepho de Riauuour venen
Bellicarum Sae. Re. Mtis Consiliario et Com-
missionis Thesauri Sae. Re. Mtis Assessori
conferuntur. Augustus Rex. Locus Sigil-
li Minoris Regni. Antonius Silvestri Sae
Re. Mtis Secretarius my. Quas ejusmodi Li-
teras Originales Papyreas Literarum
Suprascriptarum sic ut premissum per
Oblatam porrectas Nos ad Acta presen-
tia suscipi inscribi, et ex jisdem fideli-
ter descriptas Parti postulanti Authenti-
ce extradi, Originale vero rursus Offeren-
ti restitui fi. de quo recepto Cancellariam
quietavit quietatq; presentibus fi permisi-
mus In quorum fidem fi. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria
Quinta post Festa Sa-

Cri

ri Paschatis proxima,
Die silicet Vigesima
Secunda Mensis Apri-
lis Anno Domini Mili
lesimo Septingentesi-
mo Quinquagesimo
Sesto Regni vero Ve-
stri XXIII Anno
Ad Relationem Illmi Excellmi
et Mgnii Domini Supremi Regni
Cancellarij ut Sup.

Quietat Serenissima Maria Josepha
de Wesle Sobieska, olim Sereniss.mi
Constantini Sobieski Principis Re-
gij Consors relicta Vidua Rndum
Ludovicum Riaucour Episcopum
Ptolomaidæ de Summa Quinqua-
ginta Millium Florenor Polonicalium.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod cùm ad humillimam
Supplicationem Serenissimæ Mariæ Jose-
phæ de Wesle Sobieska olim Serenissi-
mi Constantini Sobieski Principis Re-
gij Consortis relictæ Viduæ, ob debilem
Valetudinem data publica adire non
valentis ad nos factam Rdum Joan-
nem Nepomucenum Nominalli Secre-
tarium Nostrum et Actorum Metrices
Regni Cancellariæ Minoris Præfectum,

pro

pro recipienda ab Ipsa infrascripta In=
scriptione, Speciali Rescripto nostro de
data Die Decima Mensis Aprilis Anno
nunc currenti deputâssemus, utq; cum
Actis Metricis Regni Ipsam, ad Resi den=
tiam Ejus apud Religiosas ac Devdicatas
Virgines Moniales Ordis Sancti Benedi=
cti à perpetua Veneratione SS. Sacra=
menti Conventui Varsaviensis cohabi=
tantem adiret, permisimus. Is idem
Generosus Deputatus Secretarius Noster
functus Officio suo palam, publicq; re=
cognovit. Qualiter Die hodierna in Actu
contentam præfata Residentia coram Eo=
dem Generoso Secretario Deputato Nostro
Actisq; præsentibus Metricis Regni Can=
cellariæ Minoris, comparens personali=
ter Eadem Serenissima Maria Iozepha
de Wesle Sobieska Serenissimi olim Con=
stantini Sobieski Principis Regij Conjux
relicta Vidua, corpore quidem ob Sene=
ctutem suam debilis, sana tamen men=
te existens recedendo à Foro Terris et
Jurisdictionibus suis quibuscunq; propri=
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad intrascripta recognoscenda attinet
se se subjiciendo et incorporando palam
liberè ac benevolè recognovit et præsen=
tibus recognovit. Quia Ipsa Reveren=

Dum

dum Ludovicum Riaucour Episcopum
Ptolomaidæ de Summa Quinquaginta
Millium Florenorum Polonicalium ad-
tionem Summæ Originalis Quatuor cen-
tum Millium itidem Florenorum Polo-
nialium per Generosum Hieronimum
Principem Radziwiłł M. D. Lit.ae Vexilli-
ferum in Comitatu Bielscensi locatæ,
et Asseuratæ, sibi Recognoscenti ad ma-
nus realiter et in effectu persoluta ple-
narie et totaliter quietat et absolutum
mittit. Hac sua personali Recognitione
ad premissa mediante. Alias in forma
Inscriptionis quietatoriæ de Jure ple-
nissima et perfectissima. Pro majori ve-
ro firmitate manu propria se se subscri-
psit. Marya Jozefa Krolewicowa Polska
Quam ejusmodi Inscriptionem Quietato-
riam sic ut premissum factam et reco-
gnitam Nos firmam ac de Jure vali-
dam haberi volentes eandem ad Acta
presentia suscipi, inscribi, et ex ijdem
fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In qu-
rum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria
Quarta post Festum
Visitationis Beatissi-
mæ Virginis Mariæ
proxima

proximâ Die scilicet
Septima Mensis Julij
Anno Domini Mille=
simo Septingentesi=
mo Quinquagesimo
Sexto Regni verò Nos=
tri Anno XXIIIo.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Mfici Domini Joannis Comi=
tis in Konskie et Białozow à
Małachowice Małachowski Su=
premi Regni Cancellarij Ostro=
tzcey Błuzniowiczy Li Capitanei

Oblata Confirmationis Optionum
Residentiarum Canonicalium in
Ecclesia Collegiata Sancti Joannis
Baptistæ Varsaviensy.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod ad Acta præsentia
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi=
noris veniens personaliter Venerabilis
Ludovicus Saryusz Notarius et Vice Pro=
curator Capituli Varsaviensis obtulit
ad acticandum Actis præsentibus in=
grossandum Literas Originales Papy=
reas infrascriptas manu Nostra Regia
Subscriptas, et Sigillo Majori Regni Com=
munitas sanas, salvas, et illæsas Omnis
suspitionis nota carentes Tenoris se=
quentis. Augustus Tertius Dei Gratia

Rex

Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kyoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenskiæ Severiæ Czernichoviæ Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis Produtas coram Nobis fuisse Literas Papyreas, manu Reverendi in Christo Patris Episcopi Posnaniensis subscriptas et Sigillo Ejus communitas, continentes in se optionem Residentiarum Canonicalium Insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Joannis Baptistæ Varsaviensis fundationis Illustrium Ducum Masoviæ et Serenissimorum Regum Prædecessorum Nostrorum, ac Juris Patronatus Nostri; Supplicatumq Nobis, quatenus in easdem Optiones pro Jure Patronatus Nostro Regio consentire, ipsasq literas approbare et confirmare dignaremur. Quarum Literarum Tenor est talis. Theodorus Dei in Klewan et Zubow Czartoryski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Posnaniensis et Varsaviensis ad perpetuam rei memoriam. Universis et Singulis præsentes Lecturis Legiq audituris Salutem in Domino Sempiternam. Inter Pastorales Sollicitudines, in eo intelligimus sitam esse curam Nostram non postremam, ut ea

Quæ

que per Ecclesiarum Nostrarum Capitula,
pro bono earundem ordine sanita sunt,
ab omnibus tam presentibus quam fu-
turis inviolabiliter manutencantur, et lau-
dabilia statuta presentium ad peren-
nem observantiam transeant poste-
rum, cum itaq; in Venerabili Capitulo
Jenerali Insignis Ecclesie Collegiate No-
stre Varsavien. sub Die Decima Sexta
Julij Anno Millesimo Septingentesimo
Quadragesimo Sexto congregato, ac per
Perillustres Prelatos et Canonicos di-
cte Ecclesie Collegiate Varsavien. absc-
luto, de unanimi Voto et consensu inter-
cesserit Decretum, cujus exemplar authen-
tice coram Nobis exhibitum fuit de te-
nore tali. Capitulum ex limitatione Je-
nerali pro Festo Sanctissime et Indivi-
duae Trinitatis Anni Currentis Millesi-
mi Septingentesimi Quadragesimi Sexti
in Diem hodiernam Decimam Octavam
Mensis Julij provenien. per Illustrissi-
mos Perillustres et Reverendissimos Do-
minos Antonium Wolbowicz Notari-
um Magni Ducatus Lit.ae Decanum, Pra-
sidentem, Antonium Przegorzewski Vica-
rium in Spiritualibus et Officialem Je-
neralem Archidiaconum, Josephum Za-
luski Referendarium Regni, Praepositum,
Antonium Ostrowski Custodem Coadju-

torem

torem, Romualdum Woszicewicz, Josephum Klonowski, Josephum Sutkowski, Stephanum Wincenty, Ignatium Minasowicz Coadjutorem, Petrum Mohl Coadjutorem, Prelatos, et Canonicos Insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Joannis Baptistæ Parlowiensis celebratis tit: de optione Lapideatum „Cognitalium cum hac materia de optione Lapideat" „adhuc de Anno Millesimo Sexcentesimo nonagesimo Primo tractata esse in Actis Capitularibus dignoscitur, et de Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo inter Puncta per Celissimum Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Principem modernum Loci Ordinarium ad Capitulum porrecta legitur, de Consensu Omnium in Capitulo Generali presens ratificata, sed quia hactenus suum non habuit effectum. Proinde Illustrissimi Perillustres Reverendissimi Domini qui sup. conformando se Juribus, et Consuetudinibus Cathedralium Ecclesiarum, quibus hæc Collegiata æquiparata existit, optandas esse ab hinc Lapideas Canonicales sibi vis modernis Possessoribus etiam Coadjutoribus, si decreverunt, et statuerunt; habito autem respectu primæ Decanalis in hac Collegiata Dignitatis et authoritatis Ordinariæ in Clerum, quæ etiam prima

Dignitas

Dignitas in Ecclesia Majori Cathedrali Po-
snaniensi suis gaudet exceptionibus, ac
insuper quod Residentiam Decanalem
Antecessores Decani proprio aere, et non
parvo Sumptu a fundamentis erexerint,
tum Hortos ad Proventus Decanales spe-
ctantes, Decimas manipulares et quartam
Partem funeralium in Communem usum
et Commodum totius Collegiatae cesserint
et alia Beneficia, de quibus in Actis Capi-
tularibus, praestiterint pensatis praemissis
Omnibus ad Instantiam moderni Illustris-
simi Domini Decani grati animi ergo eam-
dem solam Residentiam Decanalem ab
hac optione semel pro semper exemerunt,
et quod non debeat eidem optioni subesse
declaraverunt, prout eximunt declarant,
Decreto praesenti mediante. Et ut praemis-
sa Optio vim et robur authoritatis ordina-
riae habeat, eandem pro ratificatione
ad Adventum Celsissimi Principis Epi-
scopi Posnaniensis distulerunt. Quapro-
pter Supplicatum Nobis fuit pro Parte
Memoratorum Perillustrium Praelatorum
et Canonicorum Insignis Ecclesiae Colle-
giatae Nostrae Varsaviensis, quatenus
praefatum Decretum Capitulare de
optione Lapideanum authoritate Ne-

stra

stra Ordinaria approbare confirmare
et ratificare, Eidemq vim et robur per-
petuæ firmitatis adjicere dignaremur.
Nos cujusmodi Supplicationi equita-
te ipsa suadente inclinati, cum Justi-
tia poscat, ut Honorabile Senium, cu-
um ubiq comitetur decus, et distinctio-
ra merita, potiora etiam subsequantur
præmia. Eo quoq spectato quòd Insignis
Ecclesia Collegiata Varsavien propter
specialem prærogativam. Residentialis
Loci Sæ R. Mtis per constitutionem Re-
gni Anni Millesimi Sexcentesimi Sexa-
gesimi Noni, Cathedralibus Ecclesijs,
sit equiparata. Proinde præmissis de
Causis animum Nostrum condigné
permoventibus, præinsertum de Optio-
ne Residentiarum Canonicalium De-
cretum, ita prout in se sonat et obtem-
quitur, authoritate Nostra Ordinaria
approbamus, confirmamus, ratifica-
mus. Eidemq vim et robur perpetuæ
et inviolabilis firmitatis adjicimus
per præsentes, Statuendo perpetuis
futuris temporibus, ut quoties vaca-
tio alicujus Residentiæ Canonicalis

Insigni

Insignis Ecclesiæ Collegiatæ Nostræ Var-
saviensis obtigerit, observata semper an-
tiquitate inter se in optando, optio ejus
qui optare voluerit in Capitulo gene-
rali proponatur. nec non in Actis ibi-
dem Capitulariter inscribatur, et tam
quoad hoc, quàm quoad præmissa o-
mnia forma aliarum Ecclesiarum Ca-
thedralium nominatim vero Ecclesiæ
Cathedralis Cracoviensis cum in Nostra
Cathedrali Posnaniensi alia consuetudo
obtinuerit, servetur. In quorum fidem
Datum Varsaviæ Die 22da Mensis
Aprilis Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Quadragesimo Octavo Illo-
dous Episcopus. L.S. Adamus Anto-
nius Fabry D.C. Pri Curiæ Episco-
palis, et Consistorij Varsaviens Notarius
Nos igitur Augustus Rex Supplica-
tioni hujusmodi benigniter annuen-
tes, præfatas optiones, juxta nexum
et Continentiam Literarum præinser-
tarum consentiendum, ipsasq Literas
approbas confirmas et ratificas esse
duximus, uti quidem in quantum Juris
Cti consentimus, approbamus confir-
mamus et ratificamus, roborq perpe-
tuæ firmitatis addimus, præsentibus

Literis

Litens Nostris. In quorum fidem praesen-
tes manu Nostra Subscriptas Sigillo
Regni communiri iussimus Datum Var-
savie Die XXVIII Mensis Augusti Anno
Domini MDCCXLVIII Regni vero Nos-
tri XV. Anno. Confirmatio Optionum
Residentiarum Canonicalium in Eccle-
sia Collegiata Sancti Joannis Bapti-
stae Varsavien. Augustus Rex Locus
Sigilli Majoris Regni. Ignatius Ludo-
vicus Nowicki S.ae R.ae Mtis Secretari-
us mp. Quas ejusmodi Literas Origina-
les papyreas "suprascriptas" sic ut premissum per
Oblatam porrectas Nos ad Acta pre-
sentia Metrices Regni suscipi, inscribi
et ex ijsdem descriptas Parti postulan-
ti authentice extradi, Originale verò
rursus Offerenti restitui si de quo rece-
pto Cancellariam quietavit quietaty
praesentibusij permittimus. et pro Ma-
jori fidedroitate manu propria se Sub-
scripsit. Ludovicus Saryski Notarius
et Vice Procurator Capituli Varsavien.
In quorum fidem & Actum ut sup.

Actum Varsaviae Fe-
ria Quinta post Fe-
stum Sanctae Mar-
garethae Virginis et
Martyris

et Martyris proxima
Die nilicet Decima quin-
ta Mensis Julij Anno
Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Quin-
quagesimo Sexto Re-
gni vero Nostri An-
no XXIII.

Ad Relationem Illmi Domi-
ni Supremi Regni Canel-
larij Rutchyn.

Roborat Dispositionem certam
inter Liberos suos factam Gene-
rosus Valerianus Zuinski Capi-
taneus Krzezoviensis.

Augustus Tertius &c.

Significamus & Quod coram Actis presen-
tibus Metricis Regni Canellarie Nostra
Minoris Comparens personaliter Genero-
sus Valerianus Zuinski Capitaneus Krze-
zoviensis sanus mente et corpore exi-
stens recedendo à Foro Terris et Juris di-
ctionibus suis quibuscuis propriis sui
autem Jurisdictioni Nostre Regiæ quæ
adinfrascripta recognoscenda attinet
se se subjiciendo et incorporando pala-
liberè ac benevolè recognovit et praesen-
tibus recognoscit. Quia Ipse Dispositio-
nem infrascriptam inter Liberos tam
ex primo quàm et Secundo Matrimo-

nio

nio swoi fattam, Die hesterna consen-
ptam, et Sigillo gentilitio in Cera rubra
Hispanica expresso communitam, Teno-
ris sequentis. Ponieważ z woli y Dyspo-
zycyi Pana Boga przyszło mi żyć w Ży-
ciu moim ze dwoch Zon cieszyć Sukce-
sorami, z Pierwszey Katarzyny z
Lubienieckich Winklerowey, ktora iuż w
Chwale Pana Boga spoczywa; a z Dru-
giey teraźnieyszey Jm Pani Izabelli Nie-
mierzycowny, z ktorych Obydwoch Ich
Mościow Zon, ze wszystkie Corki moie,
swoie od Pana Boga wzięły rozporzą-
dzenie, y odemnie w Posagach y wy-
prawach są ze wszystkim uspokoione
y wyposażone, gdzie z pierwszego
Małżenstwa Corze moiey Teodorze Ciè-
zyckiey Łowczyny Ziemi Czerskiey, że
z Wyroku Pana Boga bezpotomnie
z tego Swiata Zeszła przyszło, y to mię-
dzy Sukcesorami Moiego Małżenstwa
uczynitem być pomiarkowanie, aby
do tey Sukcessyi po teyże Jm Pani Cię-
zyckiey Sukcessorowie tylko moi z pier-
wszego Małżenstwa Synowie y Corka
równym między sobą Podziałem nale-
żeli, a drudzy z teraźnieyszego Małżen-
Cruvicien^s revidere, visionem Predii, seu fundi
ad Preposituram Cruvicien^s spectan^s in Villa
Koruvica siti, tum hortorum, pratorum ac
id Predium Prepositure in tertio campo O:
bory nuncupato, supra Littus Lacus Gopto,
post agros Prediales Castri Nostri Cruvicien^s
circumvica adjacentes, necnon Mansorum
duorum Possessionatorum tum Camporum
Ostrow et Niwa nuncupatorum itidem cum
pratis adjacentium dicta Prepositure Cruvicien^s
vigore Erectionis Anni Millesimi Quingente:
simi Sexagesimi Sexti servien^s peragere de a:
vulsione eorundem fundorum Prepositure
Cruvicien^s per quem et à quo tempore et qua:
liter subsecuta fuerat, tum de extructione
Edificiorum, molendini Ventilis et Taberna
an in fundis prefatis Prepositure Cruvicien^s
an verò in Capitaneatibus consistant, necnon
de angarisatione Subditorum Ecclesie pre:
fatæ Cruvicien^s adactione ad labores et
dationes ac aliis injuriis, damnis, et Pre:
tensionibus usq' ad Actum Commissionis
interclud^s per Testes fide dignos, rei notitia^m
habentes ex communitate Villarum Capita:
neatus Nostri et Prepositure Cruvicien^s
eligendos, depositiones suas Juramento
Corporali comprobaturos, inquirere, ante:
riores Inquisitiones, si extarent, resigillare

Post expeditam ejusmodi Jurium Revisionem, fun-
dorum visionem et Jnquisitionem, fundos quos-
vis ad Praeposituram spectant, restitui, manda-
re, eosdem à Capitaneatibus Signis aliquibus,
si ijs carent, distingvere et separare, Causamq;
praesentem punctatim cognoscere, discutere,
si Partes complanare poterint, complanare,
sin minus pro justitia et aquitate finaliter
decidere et definire, Appellatione non nisi
à sola definitiva Sententia, Parti gravatum
se pretendenti, ad eadem Sacra Regia Mtis
Judicia salva manente, Actum Commissio-
nis cum visione in aperto, Jnquisitiones
verò in occluso Rothulo Partibus extradere
/: Decreto eodem Sacra Mtis Fiscuriali uberius
de premissis enarrante et edisserente :/ cui
quidem inhaerendo Decreto per Literas nostras
Jnnotescentiales de Termino praesentis Commis-
sionis innotuimus, terminum in Literis Jnnote-
scentiarum Diem hodiernam praefiximus ex
quarum Jnnotescentiarum Literis Termino per
Ministerialem Regni Generalem Providum
Gasparum Piechowski de Villa Piechi major
authenticatum et Juratum, in praesentia
Generosorum Thomae Zaleski et Andreae Obrem-
ski, observata hoc in puncto Solennitate utriq;
Partibus intimatarum et coram Actis Castren-
sibus Cruvicen. Feriâ Quintâ postfestum
sti Sanctae Margarethae Virginis et Marty-
ris Anno praesenti, idq; sub celebratione Ju-

Divor

dicionum Castrensiu.m Capitaneatium Cruvicen.r
recognitarum, pro Die hodierna rectè cadenti
et provenienti, in fundum Bonorum Villæ
Kruswica, Nos Commissarii condescendimus
ibidemq.' in præsentia Magnificorum ac Gene-
rosorum Casimiri Morzczenski Ensiferi Ju-
nivladislaviensis Judicis Castrensis Covalien.r
Leopoldi Solodowski Pocillatoris et Notarii
Castrensis Covallien.r, Valentini Jazyrowski
Notarii Substituti Castrensis Radzieiovien.r
Danielis Broniewski, Valentini Markowski
Venceslai Dzieuelski, Burgrabii Castrensis
Prædecen.r Josephi Kaczkowski, Petri Pomorski,
Ignatii Przybowski ac aliorum nobilium
ad Actum præsentem congregatorum necnon
Ministerialis Regni Generalis Providi Jo:
sephi Białobrzeski de Kruswica Actum præ:
sentem acclamantis et Jurisdictionem
fundantis. Qua fundata Jurisdictione et
voce prefati Ministerialis Regni Generalis
acclamata Partes ad inscribendam Compa:
ritionem acclamari mandavimus, quibus
acclamatis. Et quidem Venerabili Andrea
Bajer Cancellario Jnsemensi Abbate Com:
mendatario Vagrovecen.r Canonico Vladisla:
vien.r, Præposito Cruswicien.r Actore perso-
naliter, Generoso Francisco Xaverio de Lu:
bieniec Niemoiewski Capitaneo Cruswicien.r
Citato personaliter, Generoso Isidoro Zalusze:
wski Notario Castren.r Junivladislavien.r Bo:

norum Joconowá et Turnowa Hurede ex
Collateralitate adcitato personaliter, Vene:
rabili Jacobo Glinski Canonico Cruviciensi
Bonorum Bucharcie Possessore adcitato
personaliter Comparentibus et Judicialiter
secum controvertentibus, quarum Controver:
siis exauditis, conformando se ad prescripta
tam primitivi Decreti Assessorialis in an:
no Domini Millesimo Septingentesimo
Quadragesimo Quinto, quàm immediati
robore cujus Actus presens expeditur, ea:
demq; Decreta ad executionem deducendo
antè omnia Partibus secum Jure agentibus
Jura, Privilegia, ac quevis Documenta
Literatoria Causam presentem evincen:
tia reproducere injunximus. Et quoniam
reproduxerunt Satisfactione hoc in pun:
cto adinventa, Suspensa reproductorum
Documentorum resolutione, ad visionem
fundorum tam Spiritualium quàm Capi:
taneal[ium]/ de quibus Partes inter se lu:
ctantur/ in confrontationem eorundem
cum documentis se contulimus. Post ex:
peditum itaq; visionem fundorum licet
quidem ad majorem rei evidentiam In:
quisitionem Juratoriam per utramq; Par:
tem cernimus educendam, quia tamen
Venerabilis Bojer Cancellarius Gnesnensis
Abbas Commendatarius Vagrovecen[sis] Pre:
positus Cruviccen[sis] minus necessariam
esse In:

ejs Jnquisitionem ex quo hac in causa
in anteriori termino Commissionis Annô
Millesimo Septingentesimo Quadragesimô
Septimô subsecuta, Jnquisitio comprobata
ex parte olim Vblis Wysocki antecedanei
Prepositi Cruviciens.s est educta, nullogue
actu Officioso per Capitaneos Cruvicienses
vitiata, infert, et eandem Jnquisitionem
in oculis Rothulo Sigillis Gentilitüs Jllu:
strium Mjii et Rndorum protunc Sacre
Regiæ Majestatis Commissariorum obsi:
gillatam Nostro coram Judicio reponit,
jam autem Generosus Capitaneus Cruvi:
censis tales Testes ut negotium provens
pro re Capitaneatus, evincant, se non habe:
re allegat: quinimo in premissa Jnqui:
sitione per Venerabilem Prepositum Cru:
vicien.s in Judicio Nostro reposita persistit
et eidem se subjicit. Proinde Nos Mgnifici
Commissarii attentis superius exaratis
Partium illationibus ab eductione subalter.
na Jnquisitionis supersedimus, nihilominus
ad reseationem et lectionem in Judicio no:
stro reposita Jnquisitionis condescendi:
mus: quâ lectâ documentis suo in Judicio
rutinatis ac per omnes circumstantias
perpensis et discussis, resolvendo suspen:
sionem per Nos superius factam. Siquidem
ex ijdem documentis in Judicio Nostro

reproductis, Inquisitione repoita, Visione per Nos facta, deductum est et potissimum Privilegio piæ memoriæ Serenissimi Regis Sigismundi Augusti Anni Millesimi Quingentesimi Sexagesimi Sexti, tum Lustrationibus tribus, prima quidem Anni 1616ti, Secunda 1629ni Tertia 1661mi ex Libris Lustrationum Palatinatus majoris Poloniæ emanatis, necnon Visitationibus Ecclesiasticis Prima Anni Millesimi Quingentesimi Nonagesimi Septimi, altera Millesimi Quingentesimi Vigesimi Septimi Molendinum Ventile ad Præposituram Cruvicien: spectâsse, ideo id molendinum prope littus Lacûs Sopto jacens per antecedaneum Capitaneum Cruvicien: in fundo Præposituræ extructum, unà cum omnibus requisitis Præpositure Cruvicien: adjudicamus, à quo quidem molendino in sinistra parte relicto, transeundo in viam publicam ab Ecclesia Collegiata Cruvicien: ad Villam Grodzkowo rectè tendentem ædificia cuncta ex parte dextra viæ ejusdem ad Villam Grodzkowo seu Capitaneatum Cruvicien:, jam verò ædificia ex parte sinistra memoratæ viæ unà cum hortis et areis desertis ad viam publicam de Oppido Radzieiow ad Cruvicia

svica protendentem ad Præposituram Cruvi:
cien^s pertinenda arbitramur, hocq; molendi:
num ventile ac fundos præmissos Venerabili
moderno Præposito Cruvicien^s in perpetuã
et pacificam possessionem tradimus, ac in
quavis Area nunc Vbi Præposito Cruvi:
cien^s adjudicata Tabernam prout eidem
Privilegio superiùs mentionato concessa
est, ædificandam permittimus, et ne inpost
ulla respectu fundorum Capitanealium
et Præposituralium in Villa Kruvica
oriatur quæstio, eosdem fundos ita distin:
ximus, incipiendo ab ipsolittore lacûs Jo:
pta, ubi inante trajectus fuerat in viam:
tignu Regia, palos pinaticos, unum ab
altero Decem pasibus distantes, usq; ad
viam publicam superiùs descriptam ab
Ecclesia Collegiata ad Grodztwo tendentem
infigendos jussimus, inhibendo tam Vbi
Præposito, quàm ipsius Capitaneo Cruvicien^s
nuncet pro tempore existentibus. Quate:
nus quolibet decennio memoratos palos
si vetustate temporis corrupti fuerint, alios
novos infigant. Jam verò ulteriùs viâ pu:
blica quæ tendit à moderno Trajecto Cruvi:
cien^s prope prædium Grodztwa transportato
ad Radzieiow procedendo, fundos secun:
dos binos, secundum resonantiam Privilegii

Serenissimi Regis Sigismundi Augusti in
parte sinistra vie ejusdem jacentes, et ad
granities aliarum Hereditatum se se pro:
tendentes pro re Prepositura Cruvicien.
adinvenimus. Tertium denig Campum
Obory nuncupatum post Agros Prediales
et Cmethonales Ville Grodztwa jacentes
aqui naturali limite distinctum, et qui ds.
à Septemtrione Rivulo quodam, ab Occi:
dente verò nudo lacu Gopło dicto, à duabus
autem partibus locis lutosis, et arundinosis
pratis aut amplis circumdatum, à nonnul:
lis lateribus per iniquam usurpationem
Subditorum Ville Grodztwa coaratum, nec:
non prata circa circum Campi ejusdem Obo:
ry voltati jacentia, à multis Annis ad
Capitaneatum Cruvicien. nullo Jure appro:
priata, inmittendo sepedicto Privilegio Sere:
nissimi Sigismundi Augusti Vbi Preposito
Cruvicien. nunc et pro tempore existenti
agnouimus, permittendo moderno Vbi
Preposito ut eadem Partes Agrorum in:
debitè per Subditos Capitaneatus Cruvi:
cien. coärat. et usurpatas premisso Cam-
po Obory annectat: tum quoq Sepes vul:
go Jazy penes Vadum profundum ad pi:
scaturam idoneos, in prato Prapositurali
adinventos Domino fundi cedendos duximus.

Et ut

Et ut in dubitatam fundus Obory nuncu-
patus, à fundis Villa Grodztwa dizlimi-
tationem habeat, in ipso superiùs exarato
rivulo à Septemtrione situato fossam erige-
re curavimus. Et quamvis anteriores
Prepositi et modernus à multis retrò à-
ctis Annis possessioni aliquot decem sul-
corum in agro Ostrow dicto deducuntur
se intitisse et ad presens insistere, verum
quoniam Vblis Prepositus Cruviciensis
nullum Jus petendi ad hunc fundum
Ostrow dictum praesentat quinimo ille-
galiter memoratum fundum Ostrow
Prepositi Cruvicien^s tenuisse probantur,
idcirco Nos Legatitii Commissarii
fundum totalem Ostrow dictum Generos
Capitaneo Cruvicieni restituimus. Et
licet quidem trajectus à littore lacûs Jo-
pla ad Preposituram Cruvicien^s spectan^s
ad litus Capitaneatus Cruvicien^s per dispo-
sitionem Capitaneorum gratiâ commodi-
oris tranzitûs transportatus esse probatur,
Nos tamen adhaerendo toties dicto Privile-
gio Serenissimi Sigismundi Augusti à so-
lutione navigii seu trajecti per lacum Jo-
pto tam Ipsummet Vblem Prepositum
Cruvicienem, nunc et pro tempore exi-
stentem, quàm Subditos accunctos servitores

ejus absolvimus et liberum pronuntiamus,
in virtuteq; ejusdem Privilegii sex tracturas
sagenales in lacu Gopło incipiendo à molen:
dino ventili seu potius à duobus palis, in
ipso littore lacus infixis hoc denotantibus
quod ex parte dextra ad Preposituram Cru:
swicien:, ex parte verò sinistra ad Capitu:
neatum aque spectabunt, concedimus
Siquidem verò mansi duo possessionati
Colonorum per id Privilegium Sigismundi
Augusti pro re Prepositure Cruswicien:
designati in Campo ex parte sinistra viæ
publicæ à moderno trajecto Cruswicien:
sub Prædio Villæ Grodztwa locato ad Oppidu:
Radzieiow tendentis jacenti, ut pro Spiritu:
ali fundo agnito /: exinde quod ultra fundos
prædictos alio loco Privilegio annotati sunt :/
complecti non valent. Quapropter nos tran:
seundo in dextram premissæ viæ publicæ
à Radzieiow ad Krusvica directe tenden:
eosdem duos Mansos Colonorum incipiendo
à Scopulis binis circa latum versus Brudzki
ab antiquo sipatis seu extructis, ad præsens
aut notabilibus emensuravimus, eosdemq;
mansos duos ad mentem Statuti Regni
Anni 1433tii delaneis Conesthonalibus
sancti usq; ad viam parvam particula:
rem ex pratis à meridie ad viam publicam
tenden:

tendentem silicet in longum partices centum
sexaginta, in latitudinem autem partices
quatuordecem et cubitos tres, in se comple:
ctentes, eosdemq' obarare, et metam impone:
re in presentia Nostri mandavimus. Ad
extremum quantum spectat proventus
per Generosum Capitaneum Cruviciense
ex fundis Prepositure Cruvicien^e appro:
priatis percepto:, Vblem autem Prepositu^s
Cruvicien^s ad restituen^s pretensos, licet
quidem proventus de justo restitui Nobis
videntur, cum tamen molendinum ven:
tile per Capitaneum Cruvicien^e, alia vero
edificia mediante sententia Nostri Prepo.
siture Cruvicien^e cessa, per Incolas Capita.
neatus Cruvicien^s proprio sumptu sunt
extructa, ex agro quoq' Ostrow dicto inde:
bite a Prepositis Cruvicien^s usurpato u:
sufructus percipiebatur: Quamobrem pre.
tensos proventus suprascriptis edificiis et
usufructu ex fundo Ostrow percepto com:
pensandos edinvenimus. Prout compen:
samus Decreti presentis vigore. Et prout
mutatis temporibus varie quextiones
emergi solent. Nos itaq Sacre Regiemtis
Commissarii obviando ijdem, Inquisitions
per Venabilem Prepositum Cruvicien:em
in Judicio Nostro repositam, in occluso Rothulo

Eidem denuo extradidimus de qua extradi-
one quietamur. Josephus Comes de Lubra-
niec Dambski Castellanus Covalien. Com-
missarius Sacramentis ad hunc actum mp.
Antonius de Stogowa Kossowski Thesaura-
rius Curiæ Rni. Sacramentis ad hunc actum
Commissarius mp Petrus Paulus Skorski
Scholasticus Vladislavien. et Culmensis Sa-
cramentis Commissarius mp. Ignatius Cienski
Canon: Gnesnen. et Cujavien. V. J. D. Sacramentis
Commissarius mp. Nicolaus Zaleski Subjudex
Terrestris Jung Sacramentis Secretarius mp.
Venceslaus de Przytubie Przytubski Nota-
rius Terrestris Juni Vladislavien. Sacramentis
Commissarius mp. Raphaël Wodzinski Judex
Castren. Predecen. Sacramentis Commissarius mp.
Quas ejusmodi Literas Originales papyreas
Decreti Commissorialis suprascripti sic ut
premissum per Oblatam porrectas Nos ad
Acta presentia sumpsi, inscribi, et ex ijsde-
fideliter descriptas Parti postulanti Authen-
tice extradi, Originale vero rursus offeren-
ti restitui: de quo recepto Cancellaria-
quietavit, quietatq; presentibus: / permi-
simus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Privilegii super Capitaneat-
Sepusien. cum Castro sive Arce Primi-
pali Lubowla, et Oppidis Lubowla, Jniazda,
et Sdo:

et Podolinia, necnon cum Tredecim
oppidis Scepusiensibus, ad ipsam ar:
iem Lubovliensem pertinentibus, o:
mnibusq' aliis attinentiis, post dece:
sum Divæ memoriæ Serenissimæ
Mariæ Josephæ Reginæ Consortis
nostræ Charissimæ vacantem in Pa:
latinatu Cracovien'situm, Magnifico
Henrico Comiti de Bieszyno Brühl
Supremo Rei Tormentariæ Regni Ma:
gistro ac Statûs Nostri Saxonici Pri:
mario Ministro, servientis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad acta præ:
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ
minoris Literas Originales Papyreas Pri:
vilegii infrascripti manu Nostra Regiâ
subscriptas, et Sigillo Regni majori com:
munitas, sanas, salvas et illæsas, omnib'
prorsus suspitionis nota carentes, Tenoris
sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijo:
viæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smoleniciæ, Severiæ, Czerniechoviæq' necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps E:
lector. Significamus præsentibus Literis

Nostris quorum interest universis et sin:
gulis. Quia Nos habito respectu vetustis:
ma Domûs et Insignium meritorum Nobis
multis ab annis in Ministerio tum et Rei:
publicæ plurimis in occasionibus præsti:
torum, necnon intuitu probatæ et inta:
minatæ erga Nos fidelitatis Magnifici
Henrici Comitis de Cuczyno Brühl Su:
premi Rei Tormentariæ Regni Magistri,
ac Status Nostri Saxonici Primi Mini:
stri, faciendum esse duximus ut Ipsi
Capitaneatum Sepusiensem cum Castro
sive Arce Principali Lubowla et Oppidis
Lubowla, Gniazda, et Podolinia, necnon cæ
Tredecim Oppidis Sepusiensibus ad ipsam
Arcem Lubovliensem pertinentibus, atq;
idem Pagis, specifice Pago Laczkawa cum
Prædio, aliisq; omnibus in genere et spec:
ifice Villis, quocunq; nomine nuncupatis
prædiis pertinentiis, fundis, molendinis,
advocatiis, Scultetiis, Tabernis, Sylvis, Agris,
pratis, Campis, Censibus, fructibus, proven:
tibus, redditibus, obventionibus, attinentiisq;
universis, ad prædictum Capitaneatum
Sepusiensem sive Lubovliensem spectanti:
bus et attributis, ab antiquo pertinentibus,
sive etiam recenter auctis, post decessum
Divæ memoriæ Serenissimæ Mariæ
Jose:

Josephæ Reginæ, Consortis Nostræ Charissimæ
vacantem, et ad dispositionem Nostram
Regium devolutum daremus et conferremus
uti quidem præsentibus Literis Nostris
damus et conferimus ad extrema ejus
vitæ tempora, ita quemadmodum hactenus
a Serenissima Divæ memoriæ Regina
Nostra cum toto ac integro suo fructu
sive Territorio hucusq; possidebantur,
nullis penitus exceptis, aut exclusis, teneñ-
dum habendum et possidendum. Promitti-
mus autem pro Nobis et Serenissimis Suc-
cessoribus Nostris, non esse Nos Serenissimosq;
Successores Nostros præfatum Magnificum
Henricum Comitem de Ocieszyno Brühl
Supremum Rei Cormentariæ Regni Ma-
gistrum ab usu et pacifica prædicti Capi-
taneatûs Sepustien. possessione amoturos,
sive alienaturos, neq; amovendi aut alienan-
di potestatem cuipiam daturos, sed salvis
et integrum Jus advitalitium eidem con-
servaturos, quod et Serenissimi Successores
Nostri præstabunt. Ratione cujus advitali-
tatis solitam Proventuum Quartam ad
Thesaurum Regni pendi solitam quotan-
nis inferre tenebitur. Juribus Nostris Rega-
libus Reipublicæ, Ecclesiæq; Romano Catho-
licæ salvis manentibus. In quorum fidem

præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ Die XXIV. mensis Novembris Annô
Domini MDCCLVII. Regni vero Nostri
XXV. Annô. Capitaneatus Sepusiensis
cum Castro sive Arce Principali Lubowla
et Oppidis Lubowla, Gniazda, et Podolinia
necnon cum tredecim Oppidis Sepusien^{s}
ad ipsam Arcem Lubovliensem pertinen-
tibus, omnibusq; aliis attinentiis post de-
cessum Divæ memoriæ Serenissimæ Mariæ
Josephæ Reginæ Consortis Nostræ Charis-
simæ vacans, in Palatinatu Cracoviensi
situs, Magnifico Henrico Comiti de Brüh-
no Brühl Supremo Rei Tormentariæ
Regni Magistro, ac Statûs Nostri Saxonici
Primo Ministro confertur. Augustus Rex
Locus Sigilli majoris Regni. Adalbertus
Rabowski Postillator Terræ Vinen^{s} Sigilli ma-
joris Regni Secretarius m^{p} Quas ejusmodi
Literas Originales Papyreas suprascriptas
sic ut præmissum per Oblatam porrectas,
Nos ad Acta præsentia susupi, inscribi et
ex ijdem fideliter descriptô Parti postu-
lanti Authentice extradi, Originale vero
rursùs Offerenti restitui, f: de quo recepto
Cancellarian quietavit quietatq; præsen-
tibus :/ permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Actu^{m}

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ prædie festi Sancti
Nicolai Episcopi et Confes:
soris, Die scilicet Quintâ
Mensis Decembris Annô
Domini Millesimô Se:
ptingentesimô Quinqua:
gesimô Septimô. Regni
verò Nostri Anno XXV.

Ad Relationem ejusdem Illmi Ex:
cellmi et Rndmi Dñi Michaëlis
Comitis de Granow Wodzicki Pro:
cancellarii Regni, ut supra.

Roboratio certæ Transactionis inter
Generosam Barbaram matrem, et Ge:
nerosos Franciscum et Andream Filios
Konopsiowie.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis præ:
sentibus metrices Regni Cancellariæ Mé
minoris personaliter comparentes Gene:
rosa Barbara de Popławskie, primi olim
Generosi Joannis Konopka, secundi ad præ:
sens voti Gnósi Adami Jarzyna Conjors
uti Mater suo et Gnósa Helena ex eode Sw
primo Matrimonio procreata Filia
nomine, in absentia personali Gnósi
Thomæ Prochnicki Sedamitii Secretarii

agens ab una, atq; Generosi Franciscus et
Andreas Filii Konopłowie, olim Generosi
Joannis Konopłia cum prafata Gnósa Barbara
ultimi voti Jerzynina procreati, Annos
competentes attingentes, parte ab altera,
sani mentibus et corporibus existentes,
recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris:
dictioni Nostrae Regiae quó ad infrascripta
recognoscenda, attinet sese subjiciendo et
incorporando, palam, libere, ac benevolè
recognoverunt et præsentibus recognoscunt.
Quia Ipsi Transactionem infrascriptam
inter se die hodierna in Actu contenta
initam, manibusq; suis propriis subscri:
ptam Tenoris sequentis: Między Jchmciami
Jeymciami Panią Barbarą z Sopkowskich
pierwszego Małżeństwa, niegdy Jmci Pana
Jana Konopki, a powtornego Jmci Pana
Adama Jerzyny Małżonką, iako matką
swoim y. Jeymci Panny Heleny z tegoż
pierwszego Małżeństwa spłodzoney Corki
Jmcią, w Assystencyi Jmci Pana Toma:
sza Prochnickiego Jkr Mci Sekretarza
czynią, z iedney, á Jchmci P.P. Fran:
ciszkiem y Andrzeiem Synami Konopkami
z pierwszego Małżeństwá z niegdy Jmcią
Panem Janem Konopką spłodzonemi Braćią
Rodzo:

Rodzonemi, Annos majorennitatis maiącemi
z drugiey Stroney, stanęło takowe ugodliwe
pomiarkowanie w ten sposob. Iż pomienieni
Jchmć Matka Synowie y Corka iako Sukcessorowie iedyni S.p. Jmci Pana Jana Konopki
maiąc sobie przez Decret Jo: Kri Mci Sądow
Assessorskich między sobą a Miastem To:
runiem, o zabicie pomienionego Jmci Pana
Konopki Ojca swego Dnia Trzynastego Januarii Roku niniejszego Tysiącznego Siedmsetnego Siedmdziesiątego Siodmego ferowany
przysądzone od Miasta Torunia Pięć Tysięcy Grzywien, Summę Osm Tysięcy Złotych
Polskich wynoszące, y takowey Summy rzetelne przed Aktami Metryki Koronney
wyliczenie naznaczone, stosuiąc się do Praw
wa y Zwyczaiu Ziemskiego, o naznaczenie posagu zachowanego, Tę Summę Osm
Tysięcy Złotych Polskich, tak między sobą
Dzielą: Nayprzod Jeymć Pannie Helenie
Siostrze swoiey czwartą część Jey, aliàs Dwa
Tysiące Złotych Polskich odliczaią, y przy
Aktach Metryki Koronney ad locandum
zostawuią, do tego z affektu swego, kuteyże
Siostrze wszelakie Uniwersały prawne, ktore
rebolwiele w tey Sprawie łożone są, sami
Bracia na swoie części przeymuią, y one
Zapłacić y zastąpić bez wszelkiey do części
Siestrzecznej pretensyi obowiązuią się, y tey
Summy rezydualne trzy części, aliàs Sześć

Tysięcy Złotych Polskich, do rąk swoich, iako majorennes odbierają. Aże Jeymć Matka przerzeczonych dwoch Synow, á Braci mię: dzy sobą, Rodzonych Starania swego y sta: tkyi, dioto promocyi teij Sprawy z mia: stem Toruniem przykładała, przeto nad: gradzaiąc Jey to Staranie, y oraz affekt dioto wychowania siebie swiadczony, za: wdzięczaiąc, poki taż Jeymć Matka żyć będzie, przerzeczeni dwaj Bracia á Syno: wie Jey, na Sustentacyą teyże Matki, co: rocznie każdy z Osoby swoiey po Złotych Pięćdziesiąt płacić submittuią się. Dla bezpieczeństwa także Miasta Thorunia iż nie masz więcey po śp. Jmć Panu Ko: nopce Oycu swoim, Sukcessorow de Lumbis tylko oni sami y z siostrą wyżey namie: nioną, przyrzekaią y Cessyą nayrzet: telich Dobrach swoich y Summach pienię: żnych, ktore maią y mieć mogą, zapisuią skoro się zaś iakie pewne mieysce do Lo: kacyi teyże Summy Dwoch Tysięcy sio: strzenney trafi, oney lokowanie przyobie: cuią: ktora to Tranzakcya czyli postano: wienie, Rękami swłasnemi podpisuią, yone Aktami Metrykі Koronney roborować bę. Da: Działo się w Warszawie Dnia Piątego Miesiąca Decembra, Roku Pańskiego Ty: siącznego Siedmsetnego Pięćdziesiątego

Srodne:

siodmego. Barbara Jarzynina nieumiejąca pisać swoim y
Corki Imieniem Relata trzymana podpisuię się. Thomas Franciscus
Prochnicki Actorum Secretarius, quà ac-
tricus et assistens rogatus mg. Franiszek
Konopka mg. Jendrzeÿ Konopka mg. In o-
mnibus ejusdem Transactionis punctis,
clausulis, Articulis, conditionibus et Liga-
mentis, inibidem expressis, approbârunt,
confirmârunt, roborârunt et ratificârunt,
prout quidem per presentem suam ad
Acta hæc comparitionem approbant, con-
firmant, roborant, et ratificant, eidemq;
Transactioni in omnibus et singulis
stare, parere, et plenariè satisfacere esse
super omnibus Bonis suis, et summis
pecuniariis habitis et habendis, inscri-
bunt, et asecurant. Hac sua personali
Recognitione ad premissa mediante.
Pro majori verò firmitate manibus
propriis esse subscripserunt. Barbara
Jarzynina nieumiejąca pisać swoim y
Corki Imieniem relata trzymana podpisuię
się. Thomas F. Prochnicki mg. Franiszek
Konopka mg. Jendrzey Konopka mg. Quam
ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic
ut premissum factam et Recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volentes,
eandem ad Acta presentia susipi; inscribi;

et exijdem fideliter descriptam parti po:
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Quietant Generosi Barbara Mater
et Franciscus ac Andreas Filiüko:
nopliowie de Summa Quingue
millium Marcarum, Nobiles et
Spectabiles Prolonsulem Consules
totumq; Magistratum et Communi:
tatem Civitatis Thorunensis.

Augustus Tertius &c:
Significamus præsentibus &c: Quod coram
Actis præsentibus Metrices Regni Cancel:
lariæ Nostræ Minoris comparentes perso:
naliter Generosa Barbara de Poplawskie,
primi olim Gnōii Joannis Konopka, secun:
di ad præsens voti Generosi Adami Jarzy:
na Consors, uti Mater, suo et Gnōæ He:
lenæ ex eodem primo matrimonio procre:
atæ Filiæ nomine, in assistentia perso:
li Gnōii Thomæ Prochnicki Sekrettis
Secretarii, atq; Gnōii Franciscus et Andreas
Filii Konopliowie, olim Gnōii Joannis Konopka
cum prædicta Gnōsa Barbara ultimi voti
Jarzynina procreati, Annos competentes at:
tingentes, sani mentibus et corporibus exis:
stentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdi:
ctionibus suis quibuscuis propriis, huic

autem

autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò
ad infrascripta recognoscenda attinet, sese
subjiciendo et incorporando, palam, liberè
ac benevolè recognoverunt et præsentibus
recognoscunt. Quia ipsi Nobiles et Spectabi:
les Proconsules, Consules, totumq; Magi:
stratum et Communitatem Civitatis Nræ
Thorunensis de Summa Quinq; Millium
Marcarum, Florenor Polonicales Octo Mil:
lia efficientium, ubi Recognoscentibus pro
interemptione olim Gnósi Joannis Konopka
Mariti primitivi Gnósæ Barbaræ de Po:
ptawskie, Parentis verò Liberorum Reco:
gnoscentium causata, Decreto Judiciorum
Nostrorum Assessorialium inter se Recogno:
scentes ac alios ad Causam eandem intran:
tes, ab una, atq; præfatum Nobilem ac Spe:
ctabilem Magistratum totamq; Communi:
tatem Civitatis Thorunensis parte ab al:
tera ex Controversiis Partium hic Varsaviæ
Feriâ Quintâ ante Festum Sancti Pauli
Primi Eremitæ proximâ Die scilicet Dece:
ma Tertiâ Mensis Januarii Annô cur:
renti Millesimo Septingentesimo Quin:
quagesimo Octimô prolato, in vim pœna
adjudicata, ad solvendum coram Actis
præsentibus Metricis Regni cauta, ob sub:
secutam sibi Recognoscentibus plenariam
Satisfactionem, Summaq; prælibatæ Octo

Millium florenorum Polonq in prompta para:
taq pecunia circa acta presentia, per manus
Nobilis Godefredi Giller secretarii civitatis
Thorunen& enumerationem, ac per se Reco:
gnoscentes vigore Transactionis inter se
Die hodierna initæ et actis preventibus
Roboratæ, levationem, quietant, emittunt
ac liberos absolutosq faciunt, nihil amplius sibi
Juris, prætextûs et pretensionis ratione
præmissorum /: tanquam in re jam judicata
et pdujicata :/ ad præfatum Nobilem Ma:
gistratum totamq Civitatem Thorunen& re:
servant, aut præcustodiunt. Imo tanquam
plenarie satisfacti, perpetuum sibi impo:
nunt silentium, ac omnimode securita:
tis gratiâ Evictionem à quibusvis Impe:
titionibus, aliquo tempore occasione præ:
missorum evenientibus. Prædicto Nobili et
Spectabili Magistratui totiq Civitati Tho:
runen& in omnibus Bonis ac Summis suis
habitis et habendis inscribunt. Hicq in
continenti Suprascripti Generosi Franciscus
et Andreas Konopkowie Fratres germani,
Summam Duorum Millium florenorum
Polonicalium Generosæ Helenæ Konopko:
wna Sorori suæ germanæ, vigore supe:
riùs roboratæ Transactionis ex Summa
Octo millium florenq Polon& pro Dote ejus:
gratam, ad effectum Locationis ejus in

Bonis

Bonis aliquibus sufficientibus circa Acta
praesentia reposuerunt et reliquerunt. Hac
sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori verò firmitate ma:
nibus propriis sese subscripserunt. Barbara
Jerzynina nieumieiąca pisać swoim y bor:
li moiey Imieniem Rękę trzymaną pod:
pisuię się. Franciszek Konopka mp. Jendrzey
Konopka mp. Thomas J. Prochnicki Scabinatus
Secretarius mp. Quam ejusmodi Inscriptio:
nem Quietatoriam sic ut premissum fa:
ctam et Recognitam Nos firmam ac de
Jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descriptam Parti postulanti au:
thenticè extradi permisimus. In quorum
fidem &c: Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quar:
tâ in crastino Festi Sancti
Nicolai Episcopi et Confessoris
Die silicet Septimâ Mensis
Decembris Annô Domini
Millesimô Septingentesimô
Quinquagesimo Septimô.
Regni verò Nostri Annô XXV.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et
Rmi Dni Prolancellarii Regni
Inscribunt Summam Trecentorum Viginti
millium florenor polon Jnovi Conciatowicy

Succamerarii Regni, Mgico Fleming
Supremo Thesaurario M. D. Litue.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis presen:
tibus Metrices Regni Cancellariæ nostræ
Minoris comparentes personaliter Generosus
Casimirus Ciotek Poniatowski Succamera:
rius Regni, Striensis et Scaliensis Capita:
neus, atq; Gnósa Apolonia Ustrzycka olim
Mći Basilii Ustrzycki Castellani Premi:
Premis, cum Magnifica Catharina Lie:
lonczanka procreata Filia, Conjunx, in
Personali dicti Gnósi Casimiri Poniatowski
Succamerarii Regni uti Autoris Conjuga:
lis assistentia, sani mentibus et corporibus
existentes, recedendo à Foro, Terris et Juris:
dictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni nostræ Regiæ, quòad
infrascripta recognoscenda attinet, sese
subjiciendo et incorporando, palam liberè
ac benevolè recognoverunt et presentibus
recognoscunt. Quia Gnus super Bonis suis
generaliter omnibus, Summisq; quibusvis
pecuniariis, habitis et habendis, Summam
Trecentorum Viginti Millium Florenorum
Polonicalium Monetæ in Regno currentis,
in Aureis Hungaricalibus justi ponderis,
quemlibet Aureum Florenis Octodecem Polo:
nicalibus numerando, Magnifico Georgio

Comiti

Comiti Fleming Supremo magni Ducatus
Lithvaniæ Thesaurario, ejusq; legitimis Succes:
soribus inscribunt, eandemq; solvendam coram
Actis Castrensibus Varsavienſibus duabus Se:
ptimanis ante Festum Sancti Josephi in
Anno Deodante venturo millesimo Septin:
gentesimo Quinquagesimo Nono unà cum
provisione per Octo à Centum inter se con:
stituta asecurant. Idq; sub Vadio Simi:lis
Summæ Trecentorum Viginti Millium flo:
renorum Polonicalium in casum Contraven:
tionis et non prestita Satisfactionis irre:
missibiliter succumbendo. Pro quo quidem
Vadio reg: ipsa principali Citati existentes
coram Officio Castrensi Varsaviensi suis cum
successoribus præcisis omnibus, dilationibus
protellationibus et effugiis Juris perem:
ptoriè respondebunt. Hac sua personali Re:
cognitione ad premissa mediante. Pro majo:
ri verò firmitate manibus propriis sese
subscripserunt. Casimirus Poniatowski S.R.
Apolonia Poniatowska. Quam ejusmodi
Inscriptionem sic ut premissum factam
et Recognitam Nos firmam ac de Jure va:
lidam haberi volentes, eandem ad Acta præ:
sentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter
descripto parti postulanti Authentice ex:
tradi permisimus. In quorum fidem &c:
Actum ut supra.

Generosus Poniatowski Succamerarius
Regni inscribit Plenipotentem Gene-
rosum Przezdziecki Referendarium
M. D. Litt.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparens personaliter Generosus Casimirus
Ciołek Poniatowski Succamerarius Regni
Striensis et Socaliensis Capitaneus, sanus
mente et corpore existens, recedendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunque pro-
priis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Re-
giæ, quo ad infrascripta recognoscenda attri-
net, se se subjiciendo et incorporando, palam
liberè ac benevolè recognovit et præsentibus
recognovit. Quia Ipse ad promovendas cau-
sas et actiones Judiciarias, in quocunque
gradu Juris pendentes, in Foroquovis ma-
gni Ducatus Lithuaniæ agitatas et agi-
tandas cum quibuscunque personis, ratione
Pacificationis pretensionum quarumvis
Generosæ Potestatis Excubiarum
M. D. Litt. Prefectiæ ad Bona Rzeczyca et
Imienie alterag' alia bona mobilia inqua-
vis materia et forma existentia, summag'
quasvis pecuniarias, habitarum, et se Re-
cognoscentem modo quocung' ad eadem
Bona per se acquisita afficientium, in suum
verum Specialem Plenipotentem Gnosum

Antoniu

Antonium Przezdziecki Referendarium magni
D. Lith. elegit inscripsit et ordinavit, Idque
ad triennium integrum ab actu presenti
computando. Dando et concedendo eidem Je:
neroso Specialiter inscripto Plenipotentiario
plenariam Facultatem, causas easdem promo:
vendi, Juramenta attentandi, Decreta obti:
nendi, Complancationes nomine sui Recogno.
scentis ineundi, Summas levandi, alios
Plenipotentes in locum sui constituendi, a:
liaq; omnia que ratione predictorum
Bonorum agenda videbuntur, faciendi
et peragendi. Promittens ac sese obferens
omne id quidquid per superius dictum
Generosum Plenipotentem actum fuerit,
se Recognoscentem pro rato, firmo ac ir:
revocabili susceptorum. Idque sub Vadio
Centum Millium florenorum polonicalium
à se Recognoscente vindicando. Hac sua
personali Recognitione ad premissa me:
diante. Pro majori verò firmitate manu
propria sese subscripsit. Casimirus Poniatowski
S.R. Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut
premissum factam et Recognitam, nos
firmam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad acta presentia suscipi, inscribi
et ex ijsdem fideliter descripto parti postu:
lanti authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum ut supra.

Debet Summam 5000. florenorum Polon.
Gnōsus Joannes Vladislaus Spinek En:
sifer Ravensis, Generosis Francisco et
Andreæ Konopkom Fratribus germanis.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis praesen:
tibus Metrices Rōi Cancellariæ nostræ
minoris personaliter comparens Generosus
Joannes Vladislaus Spinek Ensifer Pala:
tinatus Ravensis, sanus mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris, et Juris:
dictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quō ad
infrascripta recognoscenda attinet, se sub:
jiciendo et incorporando, palam, liberè ac
benevolè recognovit et præsentibus recogno:
scit. Quia Ipse Generosis Francisco et Andreæ
Konopkom Fratribus germanis, Generosi olim
Joannis Konopka cum Generosa Barbara de
Poptawskie procreatis Filiis, eorumq; legiti:
mis Successoribus jam exnunc et de facto
tenetur atq; debet, seq; et suos Successores
teneri ac debere, de et super Bonis suis ge:
neraliter omnibus, præcipuè in Bonis Ka:
stawowice in Palatinatu Ravensi et Distri:
ctu Bielscensi sitt et jacent, Summam Quin-
Millium florenorum Polon, modo veri, ju:
sti, liquidi simpliciq; debiti, in et pro Festo
Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ in
Anno Deo dante venturo Millesimo, Septin:

gente:

gentesimo Quinquagesimo Octavo, una cum
Provisione per Octo à quolibet Centum pen:
denda, dare, solvere, et circa Officium Acta
Castrensia Capitanealia Ravennia reponere
et relinquere, repositamq' et relictam, rursus
ab eisdem Actis non efft dejubere, necmodo
quovis arrestare, inscribit, obligat et assecu:
rat. Jdq' sub Vadio similis Summæ Quinq'
Millium florenorum Polonq in casum contra:
ventionis et non præstitæ satisfactionis
irremissibiliter succumbendo. Pro quo qui:
dem Vadio req' ipsa Principali citatus
existens, coram Officio Castrensi Ravensi,
suis cum Successoribus, præcisis omnibus
Dilationibus, protellationibus et diffugiis
Juris peremptoriè respondebit. Hac suâ
personali Recognitione ad præmissa me:
diante. Aliàs in forma Inscriptionis De:
bitoriæ de Jure plenissima, firmissima et
perfectissima. Pro majori verò firmitate
manu propria sese subscripsit. J. W. Spinelli
M. L. C. W. P. mp. Quam ejusmodi Inscri:
ptionem Debitoriam sic ut præmissum
factam et Recognitam Nostram ac de
Jure validam haberi volentes eandem ad
Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descripto parti postulanti Au:
thentice extradi permisimus. In quorum
Jidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô
post Festum Immaculatæ
Conceptionis Beatissimæ
Virginis Mariæ proximô
Die videlicet Decimâ mensis
Decembris Annô Domini
Milleximô Septingentesimô
Quinquagesimô Septimô.
Regni Nostri Annô XXV.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et
Rmi Dni Prolancellarii Rni ut sup.
Inscribit Summam 11000. Florenç Polonç
Generosus Mniszech Succamerarius
m.D. Lithuaniæ Fratri Francisco et Michaëli
Petryłowsliim Fratribus.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Generosus Joannes Comes de Magna Koniczyce Mniszech Succamerarius m.D.Lithuaniæ, Javoroviensis, Szczurowecensis &c. Capitaneus, sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se se subjiciendo et incorporando palam, liberè, ac benevolè recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse

super

super Bonis suis propriis et hæreditariis,
Demblin nuncupatis, in Palatinatu Sendo:
miriensi sitis et jacentibus, Summam Unde:
cem Millium florenor Polonicalium mone:
te in Regno currentis, in Aureis Hunga:
ricalibus justi ponderis, quemlibet Aureum
florenis Octodecem Polonicalibus numerando
generosis Francisco et Michaëli Petryłowskis
Fratribus germanis, eorumq' legitimis Suc:
cessoribus inscribit, eandemq' Summam co:
ram Actis Castrensibus Sendomiriensibus
post biennium in et pro Festo Sancti Mi:
chaëlis Archangeli in Anno videlicet Deo:
dante venturo Millesimo septingentesi:
mo Quinquagesimo Nono, una cum provi:
sione per Sex à Cento inter se constituta, so:
luturum se submittit declarat et asecurat,
Idq' sub Vadio similis Summæ Undecem
Millium florenq polonq in casum Con:
traventionis et non præstitæ Satisfacti:
onis irremissibiliter succumbendo. Pro quo
quidem Vadio reque ipsa Principali Citatus
existens, coram Officio Castrensi Sandomiri:
ensi suis cum Successoribus, præcisis omnibus
Dilationibus, protellationibus et diffugiis
Juris, peremptorie respondebit. Hac sua perso:
nali Recognitione ad præmissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis de Jure pleniss-
sima, firmissima et perfectissima. Pro majori

vero firmitate manu propriâ se subscripsit.
Joannes Moniszech Ku: Magni Dus Lithuaniæ.
Quam ejusmodi Inscriptionem, sicut præmissum fuitam et Recognitam Nos firmam de Jure validam haberi volentes, eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et exijs:dem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quor Fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Roborat Scriptum certum Generosus Andreas Mokronoski Capitaneus Ciechanovien: Generalis Major Regiminis pedestris Ordinationis Cutrogen:

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Memoriis comparens personaliter Generosus Hn: Andreas Mokronoski Capitaneus Ciechanoviensis Generalis Major Regiminis Pedestris Ordinationis Cutrogen:, sanus mente et corpore existens recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam libere ac benevole recognovit et præsentibus recognouit. Quia Ipse Scriptum certum inter se Recognoscentem hic Varsaviæ Die Octava

Decembris

Decembris Annô currenti ab una, et Jnôrum
Carolum Szydłowski Ensiferum Zawrzyczeń
parte ab altera occasione mille laureorum
Hungaricalium conscriptum et manu sui
Recognoscentis subscriptum, in omnibus
ejusdem punctis, clausulis, articulis, con-
ditionibus et ligamentis inibidem expres-
sis approbavit, confirmavit, et ratificavit
prout quidem per praesentem suam ad
Acta hac Comparitionem approbat, con-
firmat et ratificat, eidemq; Contractui
in omnibus et Singulis stare, parere, et
plenariè satisfacere se se inscribit et obli-
gat, in casum verò Contraventionis coràm
Judiciis Castren. Varsavien. semotis o-
mnibus Juris effugiis peremptoriè re-
spondebit. Hac sua personali recognitione
ac premissa mediante. Pro majori verò
firmitate manu propria se subscripsit.
A. Mokronoski m.p. Quam ejusmodi In-
scriptionem Roboratoriam ut ut premissam
factam et recognitam, nos firmam ac de
jure validam haberi volentes eandem
ad Acta praesentia sumpsi, inscribi, et
ex ijdem fideliter descripta Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus.
In quorum Fidem &c. Actum Varsaviæ
ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Quartâ in Crastino Festi
Sanctæ Luciæ Virginis
et Martyris Die scilicet
Decima Quartâ Mensis
Decembris Annô Domini
Millesimô Septingente:
simô Quinquagesimo
Septimô. Regni vero Nri
Annô XXV.

Ad Relationem Ejusdem Illustrîs
Excellîs et Rmi D. Procancellarii
Regni ut sup.

Abrenuntiat Bonis Paternis et Ma:
ternis Religiosa Virgo Ludovica
Poninska Monialis Novitiæ Vi:
sitationis B. V. Mæ Conventus Var:
saviensis.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quod ad humillimam
Supplicationem Devotæ Virginis
Ludovicæ Poninska Monialis Novitiæ
Visitationis Beatissimæ Virginis Ma:
riæ Conventus Varsaviens. Acta publica
adire non valentis apud Nos factam Ge:
nerosum Joannem Nepomucenum Sto:
winski Secretarium Nostrum et Acto:
rum Metrices Regni Præfectum, pro rei:

piendæ

pienda ab ipsa infrascripta Abrenuntiatio-
nis Inscriptione deputâssemus, utq' cum
Actis ipsam adiret permisissemus. Js iden
Generosus Deputatus Secretarius noster,
functus Officio suo, coram Nobis palam, pu-
blicèq' recognovit. Qualiter coram eoden
Deputato Secretario Nostro, Actisq' praesen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
minoris Die hodierna in Actu contenta
comparens personaliter ac Crates Vesti-
buli Conventûs sui, eadem Religiosa
ac Dedicata Virgo Ursula in Seculo
ac praesens verò in Religione Ludovica
Ponintska Monialis Novitia Visitationis
Beatissimæ Virginis Mariæ Conventûs
Varsaviensis, Magnifici olim Antonii Po-
ninski Palatini Posnaniensis, cum Mfica
Salomea de Szembek matrimonialiter
procreata Filia in assistentia Religiosarum
ac Dedicatarum Virginum Ludovicæ Hele-
næ Zborowska Priorissæ, Theresiæ Constantiæ
Gajorowska Assistentissæ, Mariæ Agnetis
Niwicka, Catharinæ Helenæ Krolewska, Fran-
ciscæ Cecilia Masina Consiliariarum, necnon
Venerabilis Gabrielis Petri Baudouin Sacerdo-
tis Congregationis Missionis, uti et tanquam
Patris sui Spiritualis, ad hunc actum as-
sumpti, agens, sana mente et corpore exi-
stens, relegendo a Toro, Terris et Jurisdictio-

nibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascri:
pta recognoscenda attinet, sese subjiciendo et
incorporando, pulcre, libere, ac benevolè reco:
gnovit et præsentibus recognoscit. Quia ipsa
Bonis Paternis et Maternis generaliter o:
mnibus et in specie singulis, tam immobi:
libus hæreditariis, Terrestribus et Civilibus
obligatoriis ac aliis quibusvis, quocunque
nomine vocitatis, ubiq; locorum sitis et ja:
centibus quàm mobilibus universis, ac
Summis quibusvis pecuniariis ubicunq;
existentibus, totalig; et integræ Successioni
post Generosos Parentes suos, se Recogno:
scentem Jure naturali concernen:, necnon
de quibusvis Successionibus, post quasvis
Personas in se Recognoscentem devolutis,
et devolvendis, jam exnunc et defacto, ob
præstitam sibi Recognoscenti per magni:
ficam Matrem suam Satisfactionem, esse:
citamq; Dotis appromissæ exsolutionem,
libere, sponte, ac plenariè abscessit et a:
brenuntiavit, prout quidem præsentis In:
scriptionis virtute abscedit, et perpetuo
abrenuntiat, nihil amplius Juris, tituli,
Hæreditatis, propinquitatis et pretensio:
nis pro se Recognoscente ad eadem Bona
Paterna et Materna aut alias quasvis Suc:
cessiones reservando excipiendo aut pro:
custodiendo, verùm perpetuum sibi silen:

tium

tium ratione premissorum imponendo. Hac ipsius personali Recognitione ad premissa mediante, Alias in forma Abrenuntiati: onis et Abscessionis de Jure plenissima fir: missima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. Soror Ludowika Ursula Poninska Nowi: cya Zakonnic Nawiedzenia N.P. Soror Ludowika Helena Zborowska Przełożona. Soror Teresa Konstancya Jasiorowska Assistentka, Soror Marya Agnieszka Sli: wicka, Soror Katarzyna Helena Krole: wska, Soror Franciszka Cecylia Mazyni Konsyliarki. Gabriel Petrus Baudovin Sa: cerdos Congregationis Missionis vicepater Spiritualis. mpp. Quam ejusmodi Inscriptionem Abrenuntiatoriam sic ut premissum facta et Recognitam Nos firmam ac de Jure va: lidam haberi volentes, eandem ad acta presentia assumpsi, inscribi, et ex ijdem fi: deliter descripto parti postulanti authen. tice extradi permisimus. In quorum fidem &: Actum ut supra.

Inscribit Summam 10000. Tymphonum Magnifica Poninska Palatina Posna: niensis Religiosis Virginibus Visita. tionis B. V. Mae Conventus Varsavien. Augustus Tertius &c:

Significamus &c. Quod coram Actis presenti:

bus Metrices Regni Cancellarie nostre
Minoris, comparens personaliter Magni:
fica Salomea de Szembeli, olim Magni:
fici Antonii Soninski Palatini Posnani:
ensis Consors derelicta Virdua, sanamente
et corpore existens, recedendo à Foro Terris
et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs
huic autem Jurisdictioni Nostre Regie
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
sese subjiciendo et incorporando, palam li:
bere ac benevole recognovit et presentibus
recognovit. Quia ipsa, inherendo contra:
ctui seu Jntercise certe, de actu et Data
ejus hic Varsavie Die Quintâ mensis
Decembris, Annô immediatè elapso mil:
lesimô Septingentesimô Quinquagesimo
Sextô, inter se Magnificam Recognoscentem
ab una, et Religiosas ac Deodicatas Vir:
gines Moniales Visitationis Beatissime
Virginis Marie Conventus Varsaviensis
parte ab altera inite, et conscripte, manu:
bus utrarumq; Partium subscripte, et si:
gillo gentilitio Magnifice Recognoscentis
in cera rubra Hispanica expresso commu:
nite, eidem Conventui Religiosarum ac
Deodicatarum Virginum Monialium
Visitationis Beatissime Virginis Marie
Jam eanunc et de facto tenetur atq; debet,
seq; et suos Successores teneri ac debere, de et
super Bonis suis generaliter omnibus habitis
et ha=

et habendis, ubivis locorum existentibus, Sum:
misq; quibusvis peccuniariis et precipuè
super Bonis Dankow in Palatinatu Crac:
vicinitis et jacentibus, Summam Decem
millium Tymphonum Monetæ in Regno
currentis, quemlibet Tymphonem grossis
Triginta octo numerando, in argento, sive
in Aureis Hungaricalibus Boni et adequa:
ti ponderis, eam videlicet, quam ad mentem
supra allegati Contractus seu Interciæ
supra de Lictu specificatæ, circa Lictum le:
vationis subductu hodierno in Per:
sonam suæ Recognoscentis per Religiosam
ac Dedicatam Virginem Ursulam in Seculo,
in Religione verò Ludovicam Sominska ejus:
dem Conventus Monialem, suæ Recogno:
scentis Filiam recognita et subsecuta, pro
Dote eadem Interciæ superiùs de Lictu et
Anno annotata, constitutam, modo veri
justi, liquidi, Simplicis q, realis, et essenti:
alis Debiti, in et pro Vigilia Festi Nati:
vitatis Sancti Joannis Baptistæ, in Anno
Deodante venturo Millesimô Septingen:
tesimo Quinquagesimô Octavo proximè
inudenti, ad manus et Quietationem
præfatarum Religiosarum ac Dedicata:
rum Virginum Monialium Visitationis
Beatissimæ Virginis Mariæ Conventus
Variaviensis, dare, solvere, et realiter e:
numerare, inscribit, obligat et assecurat.

Idque sub Vadio similis Summæ aliorum Decem
Millium Tymphonum, in casu Inscriptioni
suæ Debitoriæ in aliquo contraventionis, ei:
demq' non satisfactionis ad solvendum ir:
remissibiliter succumbendo. Proquo quidem
Vadio, taliter exinde succubito, Citata existens
suprascripta Magnifica Recognoscens, suis
cum Successoribus ex Instantia memoratæ
Creditricium suarum, ad Judicium Terrestre
vel Officium Castrense Varsaviense, aut Cer:
nen^se, tenebitur suis cum Successoribus, illo
coram Judicio Terrestri vel Officio Castrensi
aut Cernensi /: recessu suprascripto mediante:/
semper in primo Juris, Citationisq' termino
tanquam peremptorio, peremptorie stare,
Juri parere, respondere, comparendoq' Vadiæ
prædictum Succubitum solvere, quo soluto,
nihilominus Inscriptioni suæ præsenti De:
bitoriæ in toto satisfacere, acomne Judi:
catum Judicii Terrestris, vel Officii Castrens
Varsavien^se, aut Cernen^se de Jure non exeun:
do pati, absq' omni Dilatione defensione,
exceptione, prescriptione, protestatione,
evasione, evocatione, motione et appellati:
one, eorumq' modo quovis, seu per aditæ:
tiones quasvis prosecutione. Hac sua per:
sonali Recognitione ad præmissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis Debitoriæ de
Jure plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori verò firmitate manu propriâ
rese sub.

sese subscripsit Salomea Ponimska Woiewo:
dzina Poznańska. Quam ejusmodi Inscriptio:
nem Debitoriam sic ut premissum factam
et Recognitam Nos firmam ac de jure va:
orgium Beynatowicz Viceadvocatum, Al:
bertum Guzowski, Martinum Pernalewicz
Consules Piasecnen. praestiterunt, et hocce Ju:
ramentum praestitum per Extractum ex ijs:
dem actis Castren. Varsavien. de actu Var:
saviæ Feriâ Secundâ infrastino Festi Sanctæ
Annæ Matris Gloriosissimæ Virginis Ma:
riæ Annô Domini Millesimô Septingente:
simô Trigesimo Tertiô, Authentice de:
promptum coram Nobis produxerunt;
Quorum Jurium et Privilegiorum suorum
præsertim Ultimarii Privilegii Confirma:
torii a Serenissimo Divæ memoriæ Augu:
sto Secundo Rege Parente Nostro Desidera:
tissimo concessi, Oblatam ex actis metri:
ces Regni Cancellariæ minoris depromptam
Authenticam coram Nobis exhibuerunt,
cujus quidem Privilegii Confirmationis
Tenor est ejusmodi: Augustus Secundus
Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Li:
thuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogi:
tiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniecho:
viæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ
et Princeps Elector. Significamus præsentibq

Literis nostris quorum interest universis et sin:
gulis. Productus ese coram nobis Literas et Pri:
vilegia Oppido Piasecznо servientia, tam ab
Illustribus Ducibus Masovie, quam à Serenissi:
mis Regibus Predecessoribus nostris concessa,
nominatim verò Privilegium Illustris olim Jo:
annis Senioris Ducis Masovie de Data Varsa:
vie Sabbathô post Festum Sanctorum Omniû
proximô Annô Domini millesimo Quadrin:
gentesimo Vigesimo nonô post modum per
olim Illustres Casimirum, Conradum, Bolesla:
um et Joannem itidem Masovie Duces An:
nô Domini Millesimo Quadringentesimo Se:
xagesimo Primo, Feriâ Quintâ ante Festum
Sancti Martini Episcopi et Confessoris, ob destru:
ctionem et corruptionem Sigilli prafato Prin:
cipis appensi, transcriptum approbatum et
innovatum, quibus quidem Privilegiis Joannis
Ducis Senioris Villa Piasecznо protunc dicta,
in Civitatem transmutata et conversa est, Ju:
rig' Theutonico Culmensi juxta omnes ipsius
Articulos, puncta, et clausulas adscriptatum
concessa eidem Civitati à prafato Principe ea
omnia quacunq' aliis Civitatibus Juris Theu:
thonici servient, Privilegio eodem premissa
latiùs inse complectente. Item quoq' Privile:
gium Illustris olim Anne Ducisse et Tutricis
Masovie de Data in Piasecznо Feriâ Quartâ
Die Sancti Clementis Annô Millesimo Quingen:
tesimo Decimô Tertiô super Forum Annuale
et Nundinas, ac Forum Septimanale in eadem

Civitate

Civitate Piasecznо temporibus perpetuis con:
cessum, Deinde Privilegium ejusdem Illustris
Annæ Ducissæ de Data Varsaviæ Sabbathô
ipso Die Festi Sancti Floriani Martyris Annô
Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo
Octavô, In quo eadem olim Anna Ducissa sa:
tisfaciendo voluntati olim Illustris Joannis Du:
cis Fratris sui, iisdem Civibus compatiendo
miseriæ et defectibus eorum, certum parten
Rubetorum pro extirpandis agris novalibus
ibidem super Hæreditate Piasecznо, quam par:
tem Rubetorum vigore prioris admissionis
Cives in nonaginta particulas diviserant per:
petuis temporibus per Cives tenendam et pos:
sidendam salvo censu Trium Grossorum exqua:
libet particula pro Festo Sancti martini sol:
vi debito, dedit et concessit, necnon Privile:gi:
um Serenissimi olim Stephani Regis Anni Mil:
lesimi Quingentesimi Septuagesimi Octavi,
Die Duodecima Mensis Augusti, quô circa
pacificam Possessionem certorum Hortorum
ad supradictam Civitatem Piasecznо, jussu
Serenissimæ olim Bonæ Reginæ emensura:
torum et assignatorum, memorati Cives per:
petuis temporibus, salvo nihilominus censu
juxta Taxam Revisorum proveniente pen:
dendo, conservati sunt, prout eadem Litere
et subsequentes Confirmationes juris de
præmissis testantur. Privilegium itidem
Sigismundi Tertii Regis de Data Die Vige:

sima octavâ mensis martii Annô Domini
Millesimo Quingentesimo Octuagesimo nono
Quo hoc Oppidum circa anteriora Privilegia
super Jus Sulmense, Libertatem à Thelonio
prater Thelonia Ducalia Ducibus solvenda,
Balneum Rasorium, Statorium, Lubeta, ali:
asq' Concessiones conservatum est, Tum Pri:
vilegium Vladislai Quarti Regis de Data
ipsius Varsaviæ, Die Vigesima nonâ No:
vembris, Annô millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Quartô, Libertationis à
vectiris aliàs od Podwod, Aulicis et Ca:
meraiis Regiis, aut quibusvis Personis
et Servitoribus Regalibus præstandis, Tum
quoque Privilegium Serenissimi Joannis
Casimiri, unum Annô millesimo Sexcen:
tesimo Quadragesimo Nonô Die Tertiâ men:
sis Decembris, et alterum super nundinas
pro Festo Sancti Benedicti in Martio, et
pro Festo Ascensionis in Majo, atque pro
Festo Sancti Francisci in Octobri, tum et
pro Festo Sancti Martini in Novembri, quo:
libet Anno celebrandas, de Data Varsaviæ
Die Vigesima Primâ Mensis Februarii Annô
millesimô, Sexcentesimo Sexagesimô Secundô
expeditas, necnon Privilegium Michaëlis
Regis, de Data Varsaviæ Die Quartâ men:
sis Julii Annô Domini Millesimô Sexcente:
simo Septuagesimo Primô; Tum quoq' et

Serenissimi Joannis Tertii Privilegium, de
Data Varsaviæ, Die Vigesima Secundâ Mensis
Augusti, Anno Domini Millesimô Sexcente-
simo Septuagesimo Septimo, Confirmatorium
Superscriptorum Privilegiorum, et Nova
rundinas in eodem Oppido Piasecznо ce-
lebrandas, pro Festo Sancti Michaëlis in Se-
ptembre, et pro Festo omnium Sanctorum
in Novembri, atq; pro Festo Sanctæ Luciæ
in Decembre concedens, atq; à Laboribus
Rusticis, vulgo od Robi liberans, Supplica-
tumq; Nobis est, ut præinserta Privilegia
per Illustrissimos Duces et Serenissimos Pra-
decessores Nostros Reges Poloniæ, eidem Op-
pido Piasecznо concessa, Authoritate Nostra Re-
giâ approbare et confirmare ac ratificare di-
gnaremur. Cui Supplicationi Nos Augustus
Secundus Rex benignè annuendo, prædicta Pri-
vilegia, omniaq; et singula Jura, Libertates
à Divis Antecessoribus Nostris, justè et legiti-
mè concessa et largita, approbanda et confir-
manda esse duximus, uti quidem approba-
mus et confirmamus, inhærendoq; Decreto
Serenissimi Vladislai Quarti inter Sno-
dum olim Sigismundum Opacki, Piasecensem Ca-
pitaneum Citatum, et Magistratum totam-
q; Communitatem Oppidi hujus Piasecznо Auto-
res, in Judiciis Relationum Propriarum de
Acta et Data Vilnæ, Feriâ Sextâ ante Festum
Sanctæ Mariæ Magdalenæ proximâ, Annô Domini

Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sextô ex con-
troversiis Partium prolato, quo iidem Oppidani
Piasecenses, tanquam Jure Theutónico, quod
Magdeburgense vocatur, locati, ab omnibus
Rusticis laboribus, Ttulu et Szarwarku, tum
ab Subvectionibus vulgò Podwody liberi sunt
pronuntiati, ipsos etiam liberos facimus, Co:
ctarum Cerevisiæ et Cremati in suis propriis
lebetibus abaheis, preparationemq; Brasei
in suis Braxatoriis et propinationem quo:
rumcunq; liquorum Domi et in foro, absq;
omni pensione Generoso Capitaneo pro tem:
pore existenti pendenda, permittimus. Di:
venditionem mercium et salis in Jmtiis
suis ipsis concedimus. Preterea ulterior:
bus commodis ejusdem Oppidi et Jncolarũ
ejus prospiciendo, Thelonium Brulowe di:
ctum, et Foralia Targowe dicta, antiquitus
in eodem Oppido practicata, omni tempore
etiam sub tempus Nundinarum exigenda,
eidem Oppido attribuimus, et ne Generosus
Capitaneus pro tempore existens in exactio:
ne horum Foraliũ et Brulowe Cives
impedirat, Jmtitas suas, Capitaneales in
foro publico, in detrimentum Oppidanor
non adficet, non habeat, Jnquilinos apud
Oppidanos habitantes, ad comeminationem
Agrorum Capitanealium non adigat, neque
à molitione Braseorum majorem mensu:
ram, ultra antiquum morem, et ultra Lu:
strationes non exigat, à Braseis quoque

jam

jam molitis emptis, ad mensuras extraden:
das Oppidanos non adigat, Fundos et Domos
desertos ad Oppidanos spectantes ex quibus
Contributiones Oppidani solvunt, sibi non u:
surpet, sed Oppido eidem relinquat, prefato
Capitaneo pro tempore existenti interdici:
mus presentibus Literis nostris, decernen:
tes eadem omnes Libertates, Jura, Privile:
gia, Decreta, Literas, et Immunitates huic
Oppido servientes s. inquantum Juris sunt s.
robur debitum perpetuæ firmitatis obtinere
debere. In quorum fidem presentes manu
nostra subscriptas, Sigillo Regni communi:
ri jussimus. Datum Grodnæ Die VII.
Mensis Novembris Annô Domini MDCCXXVI.
Regni verò Nostri XXX. Annô. Confirmatio
Jurium et Privilegiorum Oppidi Piasecznо.
Augustus Rex. Locus Sigilli Pensilis Majoris
Regni. Michaël Mauritius Sulii Venator
Terræ Lomzensis Sacræ Regiæ Mtis Secretarij.
Supplicarunt nobis iidem Oppidani Piase:
censes, ut eorum Jura ac Privilegia confla:
grata quidem in suis Originalibus, in Actis
tamen Metrices Regni reperibilia, innovare
et approbare dignaremur, cui Supplicaõni
Nos benignè annuendo, prefata Jura et
Privilegia eorum, non solum approbandae et
confirmanda esse duximus, prout presen:
tibus innovamus, approbamus et confirma:
mus, sed etiam ex clementia nostra Regia
super devastationem ejusdem Oppidi Piasecznо

justum respectum et commiserationem no:
stram habentes, ut ad pristinum statum
pervenire possit, atque Prætorium quo ca:
ret, ad sua Consilia et Judicia celebranda
ædificare in Foro ejusdem Oppidi, necnon
Carceres ad detinendos et coercendos excessivos
tum et Institas Mercatoriales ac Macella
extruere, in Fundis disertis, Oppidanos
et Advenas locare possit et valeat, eidem
Oppido omnes Fundos desertos intra et extra
oppidum, intra Jurisdictionem Civilem ja:
centes, Hæredibus carentes, vel per ipsos
neglectos quocunque Jure ad Fiscum Nostrum
devolutos eidem Oppido damus et condonamus
ita ut in illis, tam Incolis, quam Advenis
Magistratus ejusdem Oppidi Piaseczno se
locare, ædificare, valide permittere possit ac
valeat. Præterea omnibus Oppidanis et In:
colis de Fundis suis per Inscriptiones Offi:
ciosas, inter se disponendi, vendendi et com:
mutandi, et quam meliores fructus ex his
Fundis suis propriis, sive ex Mercatura
quarumcunque Mercium Panni, Aroma:
tum, Salis, Halecum, Piscium, et aliarum
quarumvis rerum, more aliarum Civitatum
et Oppidorum exerceri solitarum quærendi,
Tabernas, Diversoria, et Domus propinato:
rias ædificandi, in suis fundis omnimodam
facultatem damus, ex quibus Tabernis Di:
versoriis et Domibus suis, Nobis et Inclyto

Senatorio

Tenutario Nostro, nullum Censum solvent,
preter Censum Terragium solitum juxta Lu:
strationes eidem Generoso Tenutario proveni:
entes, Foralia quoq; in hoc Oppido pro repa:
ratione viarum applicanda, eidem Oppido
adjungimus, coctionem Cerevisie et Cremati
mulsi, liberamq; omnium liquorum etiam
vini propinationem, juxta prescriptum Ju:
ris Saxonici et Magdeburgici, ac usum
aliarum Civitatum et Oppidorum liberam
esse ipsis debere declaramus. Insuper à
servilibus operibus vulgo Stubi, tum à re:
paratione Stagni et Pontis, Capitanei seu
Tenutarii à quibus per Lustrationes ab:
soluti sunt, illos quoq; absolvimus, Contuber:
nia Artificum quorumvis erigendi et Senio:
res eorum constituendi Magistratui Piase:
censi potestatem damus, et quod iidem
Oppidani ad majores dationes tam exno:
lendino à molitione Braseorum et aliorum
frumentorum Censusq; ex fundis pendendos
Generoso Capitaneo seu Tenutario Piasecensi
nonteneantur, nisi prout in Lustrationibus
precipuè ultimarii Anni millesimi sex:
centesimi Sexagesimi prescripti sunt,
declaramus, statuimus, committimus,
quoq; eidem Magistratui Piasecensi curam
et administrationem Hospitalis Piasecensis
ac Bonorum idem Hospitale concernentium
ita ut Proventus ex ijsdem Bonis prove-

nien

nien^{t} in rem ejusdem Hospitalis, commodum
ac alimentationem pauperum in eodem Ho:
spitali degentium convertat, Fundationesq^{3}
pro eodem Hospitali neglectas et intermissas
vindicet, utq^{3} Jncolæ et Oppidani in sanctu:
ario Vrbis Parochi manentes, Censum ex
Fundis provenientem Vrbi Parocho pendant,
et scoriive ex Domibus et fundis sub Juris:
dictione Civitatis possessis, à suisq^{3} Artificiis
contributiones ad oppidanos solvant, volumus.
Non debebit etiam Generosus Capitaneus
nunc et pro tempore existens, musicam
in Domibus et Tabernis Civium exerceri
prohibere, et ad suas Tabernas et Austeri:
as pertrahere; Ad extremum inhærendo.
Juribus, Decretis, quibus Judæi ab Jncolatu
in Ducatu Masovie arcentur, nullas Do:
mus in eodem Oppido Piaseczno possidere
posse, neq^{3} Jncolatum habere, multominus
Mercantias et propinationes quorumcunq^{3}
liquorum exercere posse declaramus, et
ne eosdem Judæos Prorsus Capitaneus
nunc et pro tempore existens, ad idem Oppi:
dum, neq^{3} ad Tabernas vel Austerias suas
in præjudicium Oppidanorum introducat,
ipsi inhibemus et interdicimus. Quæ
quidem Jura, Privilegia suprascripta, Liber:
tatesq^{3} à Serenissimis Regibus et Ducibus
Prædecessoribus Nostris huic Oppido Piase:
czno collata, et à Nobis præsenti Privilegio
nro

nostro clementer largita et confirmata in
omnibus eorum punctis, clausulis, Articu:
lis &: inquantum Juris sunt:& vim et robur
perpetuæ firmitatis obtinere debebunt. In
cujus rei fidem præsentes manu nostra
subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die XII. Men
sis Novembris Annô Domini MDCCXL.
Regni verò nostri VII. Anno. Confirmatio
Jurium et Privilegiorum Oppidi Piasecznо
in Terra Varsavien^{s} Lib. Augustus Rex.
Locus Sigilli Pensilis Majoris Regni. Theo:
dorus de Howel Canig Metrop. Gnesnen^{s}.
Præs: Insulat Camenecen^{s} Coad^{r}. Sæ Regiæ
et Sigilli Majoris Regni Secretarius mp.
Quas ejusmodi Literas Originales par:
gameneas suprascriptas sicut premis:
sum per oblatam porrectas, nos easdem
ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex
ijsdem fideliter descriptas Parti postulanti
Authentice extradi; Originale verò rursus
offerenti restitui &: de quo recepto Cancella:
riam quietavit, quietatq; præsentibus &
permisimus. In quorum fidem &c: Actum
ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Quintâ ante Festum S.
Joannis Baptistæ proxi:
mâ Die videlicet Vigesimâ
Secundâ Mensis Junii Annô
Domini Millesimô Septin:

gentesimô Quinquagesimô
Octavô. Regni verô Nostri
Annô xxv.

Ad Relationem Ejusdem Illmi et Revmi
Dñi Procancellarii Regni ut supra.

Ordinat Specialem Plenipotentem Genero:
sum Petrum Baro Riaucour Consiliarium
Sacræ Mdis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quòd coram Actis præsenti:
bus metrices Regni Cancellariæ Nostræ
minoris comparens personaliter Generosus
Petrus Baro Riaucour Consiliarius Noster
sanus mente et corpore existens recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdic:
oni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, sese subjiciendo et
incorporando palam, libere, benevole, ac
per expressum recognovit, præsentibusque
recognovit. Quòd Ipse Generosum Franciscum
Zaluowicz Notarium Provinciale Capitu:
neatûs Cracoliensis in suum verum, legi:
timum, indubitatum ac Specialem Ple:
nipotentem seu Mandatarium fecit, con:
stituit, inscripsit, et ordinavit, præsenti:
busq; facit, constituit, inscribit et ordinat.
Dans et concedens eidem Generoso suo Plen:
potenti plenariam facultatem, omnimodas
et absolutam potestatem pretensiones
quasvis omnes et singulas Generosi..
Woodzinzki Ensiferi Brestensis Cujusvis

exre

exre Triennalis ipsius Arendatorie Possessio:
nis Capitaneatûs Tucholiensis tam propter
non receptas ex Remanentibus et reuti Te:
nutarium concernentes pecunias, quàm
alias occasione fundorum dicti Capitanea:
tus Tucholien^{sis} pullulantes, ad se Recogno:
scentem habitas et formatas liquidandi,
connotandi, examinandi; necnon si eadem
pretensiones juste ac reales apparuerint,
ipsas supramemorato Generoso Ensifero ac:
ceptandi et suscipiendi, prefatumq; negoti:
um Liquidationis ita prout expedit pera:
gendi et perficiendi. Cavens se id totum
quidquid per memoratum Plenipotente^{m}
suum constitutum fuerit, pro rato, ac
irrevocabili susceptorum. Hac sua pero:
nali Recognitione ad premissa mediante.
Quam pro firmiori manu propria subscri:
psit. L. Riancour. Quam ejus modi
Plenipotentiam sic ut premissum factam
et recognitam Nos firmam ac de Jure va:
lidam haberi volentes, eandem ad Acta
presentia sumpsi, inscribi, et ex ijsdem Par:
ti postulanti Authentice extradi permisi:
mus. In quorum fidem &c: Actum ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
in Vigilia Festi S. Joannis
Baptistæ Die Julii et Vige:
simâ Tertiâ Mensis Junii
Annô Domini Millesimô
Septingentesimô Quinqua:
gesimô Octavô. Xni vero Mri. XXV. Sto.

Ad Relationem Ejusdem Illmi et
Amni Dni Prolancellarii Regni:
Quietant se mutuo Magnifici Michaël
Comes Sapieha et Alexandra de Ducibus
Czartoryskie, Conjuges Prolancellarii
M.D.Lith., atq; Generosus Petrus Baro
Riaucour Consiliarius L.R.Mtis.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quòd coram actis praesen-
tibus metrices Regni Cancellariæ Nostræ
minoris comparentes personaliter Generosi
Petrus Baro Riaucour Consiliarius Noster
et Adamus Chmara Pocillator Palatinatus
Minscensis, uti Magnificorum Michaëlis
Comitis Sapieha Prolancellarii M.D. Lith.
et Alexandræ de Ducibus Czartoryskie Con-
jugum Principalium Specialis Plenipotens
sani mentibus et corporibus existentes, re-
cedendo à Foro, Terris, et Jurisdictione sua
quarvis propria, et competenti, huic autem
Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recogno-
scenda attinet, se se subjiciendo avincorpo-
rando, palam, sponte, libere, ac per expressum
recognoverunt, praesentibusq; uterq; ipsorum
pro suo interesse recognovit. Quia Ipsi, et
Ejusdem Generosus Petrus Baro Riaucour,
Magnificos Michaëlem Comitem Sapieha
et Alexandram de Ducibus Czartoryskie
Conjuges Procancellarios M.D.Lith. de Con-
tractu occasione Triennalis Tenutæ Ca-
pitaneatus Trocholien. inter dictos Mgficos

et se

et se Recognoscentem de Anno Millesimo Septin:
gentesimo Quinquagesimo Quinto sub Die Vi:
gesima quarta Mensis Julii inito et concluso
Actisque Castrensibus Vicariend^r Feriâ Quintâ
in Vigilia Festi Sancti Jacobi Apostoli eodem
Anno roborato, ob praestitam sibi admentem
illius satisfactionem, omniumq^ in eo con:
tentorum nexuum, punctorum et clausular^
adimpletionem, tum Summarum ibidem
assecuratarum effectivam et realem exolu:
tionem /: quam exnunc cassat et mortificat :/
jam vero Generosus Adamus Chmara Coad:
lator Palatinatûs Minscensis nomine Ma:
gnificorum Prolancellariorum M.D.Litt^e Trin:
dpalium agens, praefatum Generosum Petrum
Baronem Beaucour de omnibus et singu:
lis pretensionibus tam ex occasione dicti
Contractûs quam ex re Possessionis et Fun:
di quocunq titulo provenientibus et emer:
gentibus, sese mutuo et ab invicem plena:
rie et totaliter quietant ac liberos faciunt,
nihil sibi utriq amplius in futurum Juris
pretextus aut pretensionis reservando
et excipiendo. Hac sua personali Recogni:
tione ad premissa mediante. Quam pro
firmiori iidem Recognoscentes manibus
propriis subscripserunt. L. Beaucour. Ada:
mus Chmara Coadlator Plen^ Minscen^s Plen:
potentiarius. Quam ejusmodi Inscriptionem
Quietatoriam sic ut premissum factam
et recognitam, Nos firmam ac de Jure vali:

dam haberi volentes, eandem ad acta presentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descripta
Parti postulanti authentice extradi permi:
simus. In quorum fidem &c: Actum ut supra:

Constituit Plenipotentem Magnificus
Georgius Vandalinus de Magna Kun:
czyce Mniszech Marschalcus Curie
Regni Gnosum Constantinum Waligorski:
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram actis preven:
tibus Metrices Regni Cancellarie nostre
minoris comparens personaliter Magnificus
Georgius Vandalinus de Magna Kunczyce
Mniszech Marschalcus Curie Regni sanus
mente et corpore existens, recedendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus suis quibuscun
proprijs, huic autem Jurisdictioni nostre
Regie quò ad infrascripta recognoscenda
attinet sese subjiciendo ac incorporando,
palam, libere ac benevolè recognovit, pre:
sentibusq' recognovit. Quia Ipse Gnosum
Constantinum Waligorski, in suum verum
legitimum, et Specialem Plenipotentem
fecit, constituit, inscripsit et ordinavit,
presentibusq' facit, constituit, inscribit
et solenniter ordinat. Dans et concedens
eidem Generoso Plenipotenti suo plenam
facultatem, omnimodam et absolutam pote:
statem, Causas suas generaliter omnes et
singulas tam ex Lictoratu quàm et reatu

in quovis

in quovis Subsellio Regni habitas et habendas
institutas et instituendas cum quibusvis Perso:
nis occasione cujusvis negotii modo quovis
intercedentes promovendi agendi et defendendi
exceptiones quasvis Juridicas inferendi, De:
creta pro parte sui Recognoscentis in minori
Subsellio acceptandi, a gravaminosis ad
majus Subsellium appellandi, movendi et
prosequendi, Transactiones quasvis occasi:
one quorumvis negotiorum nomine sui
Recognoscentis ineundi, eidemq; coram
quibusvis Actis Authenticis roborandi,
Summas levandi, de levatis quietandi, Pro:
testationes nomine sui Constituentis co:
ram quibusvis pariter Actis faciendi, i:
idemq; inferendi, alteraq; omnia et singula
Speciales Plenipotentes concernentia in
rem et utilitatem sui Recognoscentis a:
gendi et exequendi. Cavens et promittens
se Recognoscentem id totum quidquid per
memoratum Generosum Plenipotentem
suum actum gestumve fuerit, pro rato
ac firmo suscepturum. Hac sua personali
Recognitione ad premissa mediante. Qua
pro firmiori manu propria subscripsit.
Georgius Mniszech Marx Regni Polo:
niæ Polq. Quam ejusmodi Plenipotentiam
sic ut premissum factam et recognitam
nos firmam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta praesentia sui:

pe:

inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.
Inscribit Summam Trium Millium
Aureorum Hungaricalium Generosus
Joannes de Magna Kuńczyce Mniszech
Supremus Magni Ducatûs Lithæ Suc:
camerarius, Generoso Raphaëli Skarbek
Capitaneo Sólotvinensi.
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis praesen:
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
minoris Comparens personaliter Generosus
Joannes Comes de Magna Kuńczyce Mni:
szech Succamerarius M.D. Lithæ, Javorovien,
Szczurovecen &c: Capitaneus, sanus mente
et corpore existens, recedendo à Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostra Regiæ
quò ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando, palam, libe:
rè ac benevolè recognovit, et praesentibus
recognoscit. Quia Ipse Generoso Raphaëli
Skarbek Capitaneo Sólotvinensi, super bo:
nis suis generaliter omnibus et singulis
hæreditariis, Summam Trium millium
Aureorum Hungaricalium, Quoque legiti:
mis Successoribus inscribit, eandemque
Summam in et pro Festo S:t Joannis Ba:
ptistæ in Anno Deo dante venturo mil:

lesimo

lesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono
una cum provisione per Octo à Cento inter
se constituta soluturum se submittit, declarat
et asserat, Jdq; sub Vadio similis Summæ
in casum Contraventionis et non præstitæ
satisfactionis irremissibiliter succumben:
Edo. Progno quidem Vadio reg; ipsa principali
citatus existens coram Officio et Judicio Bo:
nis suis hæreditariis ubiq; reperibilibus
competenti suis cum Successoribus præ:
cisis omnibus Dilationibus, protellatio:
nibus et diffugiis Juris, peremptorie; re:
spondebit. Hac sua personali Recogniti:
one ad premissa mediante. Cujus infor:
ma Inscriptionis de Jure plenissima,
firmissima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria se sub:
scripsit. Joannes Mniszech Duc. Mag. Dus.
Lith. mp. Quam ejusmodi Inscriptionem
sic ut premissum factam et recognitam
nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad acta præsentia assumpsi
inscribi et ex ijdem fideliter descripti Parti
postulanti Authentice; extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ post Festum Sc
Margarethæ proximâ
Die videlicet Decimâ Se:
ptimâ Mensis Julii Annô

Domini Millesimo Septingen:
tesimô Quinquagesimo Octavô.
Regni verò nostri XXV. Anno.

Oblata Juris Communicativi super Villa
Zabrodzie Generosæ Comitissæ de So.
bek, Generosi Andreæ Comitis Renard
Colonelli Exercitus Sacræ Mtis Consorti
servientis.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad acta præ:
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
minoris Literas Originales papyreas Juris
Communicativi infrascriptæ, manu Nostra
Regia subscriptæ, et Sigillo majori Regni
communitæ, sanas, salvas, et illæsas omnique
prorsus suspitionis nota carentes Tenoris
sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Rus:
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo:
lensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq' necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibus Lite:
ris Nostris quorum interest universis
et singulis. Quia Nos merita Generosi
Andreæ Comitis Renard Colonelli Exer:
tus Nostri hæreditarii, gratia Nostra pro:
sequi volentes, faciendum esse duximus,
ut Advitalitium Jus, quod Ipsi super Vil:
lam Zabrodzie cum attinentiis in Palati:

natu

natu Masovie Terra Nurensi, Districtu verò
Camenecensi consistentem servit et compe:
tit, Generosæ etiam Mariannæ Comitissæ
de Sobeck Consorti ejus concederemus et
communicaremus, prout quidem conce:
dimus et communicamus hisce Literis
nostris, ita ut eandem Villam jam non
ipse solus, verùm etiam Consors Ipsius,
ambo insolidum, tam conjunctim, quam
divisim, cum omnibus Pratiis, Curiis, Edi:
ficiis, agris, pratis, Campis, Sylvis, nemori:
bus, Aluviis, fluminibus, Stagnis, Piscinis,
molendinis, Tabernis, subditis, eorumque
laboribus, Censibus, Dationibus, commodis
et emolumentis, cunctisq' attinentiis, et
pertinentiis, eo antiquitus et recenter
spectantibus, nullis penitus exceptis, te:
neant, habeant, et possideant ad extrema
vitæ suæ, vel alterius eorum Superstitis
tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris, non
esse Nos Serenissimosq' Successores nostros
memoratos Generosos Andream Comitem
Renard et Mariannam de Sobeck, Conju:
ges, ab usu et pacifica possessione dictæ
Villæ Zabrodzie cum attinentiis amotu:
ros aut alienaturos, neq' amovendi aut
alienandi potestatem cuipiam daturos
sed salvum et integrum Jus advitalitiæ
ambobus conservaturos. Ratione cujus

Advitalitatis solita onera Reipublicæ, tempore
solito prestare tenebuntur. Juribus Nostris
Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Romanoca-
thlicæ salvis manentibus. In quorum fidem
præsentes manu nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ Die XIV. mensis Julii Annô Domini
Millesimo Septingentesimô Quinquagesimô
Octavô. Regni verò Nostri XXV. Annô. Jus
Communicativum super Villam Zabrodzie
cum attinentiis in Palatinatu Masoviæ ex
Terra Nurensi ill.tis Generosæ Comitissæ de
Sobeck, Generosi Andreæ Comitis Renard
Colonelli Exercitus Nostri hereditarii Consor-
ti datur. Augustus Rex. Locus Sigilli ma-
joris Cancellariæ Regni. Adalbertus Kalio-
wski Pocillator Terræ Visnen.s Sigilli majoris
Regni Secretarius mp. Quas ejusmodi Li-
teras Originales Papyreas Juris Communi-
cativi suprascriptas. Nos ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter de-
scriptas Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum
ut sup.

Actum Zarnaviæ Feriâ Se-
cundâ in Vigilia Festi Sancti
Jacobi Apostoli proximâ Die
videlicet Vigesimâ Quarta
Mensis Julii Annô Domini
Millesimô Septingentesimô
Quinquagesimo Octavô. Regni

vero

vero Nostri Anno XXV.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Revmi Domini Prolancellarii Rni
Redonat Palatium suum Varsaviæ in Pla:
tea Zaboczymska dict, situm Generosus
Joannes Rzewuski Subdapifer M.D. Litt.
Generoso Francisco Rzewuski notario Cam:
pestri Regni Fratri suo.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis præsen:
tibus Metrices Regni Cancellaria nostræ
minoris comparens personaliter Generosus
Joannes Rzewuski Subdapifer Magni Du:
catus Lith, sanus mente et corpore existens
recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris:
dictioni nostræ Regiæ, quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, sese subjiciendo et in:
corporando, palam, liberè, ac benevolè reco:
gnovit et præsentibus recognovit. Quòd Ipse
Palatium vigore Donationis sibi per Genero:
sum Franciscum Rzewuski Notarium Cam:
pestrem Regni Fratrem suum, sub Actu
Varsaviæ Feriâ Tertiâ in Vigilia Festi S.
Laurentii Martyris Die nonâ Mensis Au:
gusti Anno præterito 1757mô coram ijdem
Actis Metrices Regni Cancellariæ minoris
facta, proprium et Hæreditarium, hic in
Civitate Novæ Varsaviæ, in Platea Zabrocky:
mensi inter vicinitates ex una parte Palatii
quondam Kotowskich, ad præsens pro Convictu

Nobilium per Religiosos Patres Societatis Jesu
Provinciæ Lithuaniæ empti, ex altera verò
parte Domûs Ligneæ Honoratos Szwedowskich
Conjugum jacens et situatum, cum omnibus
Structuris, ædificiis, Officinis, Stabulis cun-
ctisque attinentiis et pertinentiis ad iden
Palatium spectantibus, muratis et ligneis
atq; cum omnibus mobilibus decoramentis
pro commodo comparatis, necnon cum o-
mni Jure, Dominio, Hæreditate, proprietate
cunctisque emolumentis et commodis, prout
illud habuerat, nihil penitus pro se et Suc-
cessoribus suis relinquendo, eidem Gnõso
Francisco Rzewuski, Notario Campestri
Regni, Fratri suo germano, Ejusque Succes-
soribus donavit, retrovendidit, dat, cedit ac re-
signat, prout per Actum præsentem revo-
cavit, retrovendidit, dedit, cessit, ac resi-
gnavit perpetuis temporibus. Ad habendum
tenendum, possidendum, dandum, donandum
vendendum, commutandum in usus quos-
vis usus beneplacitos convertendum. Et jam
exnunc et de facto Intromissionem realem
cum actuali et pacifica possessione in dictum
Palatium venditum datum et resignatum
cum attinentiis, Idem Generosus Joannes Rze-
wuski, Subdapifer M.D. Lith. prælibato Gnõso
Francisco Rzewuski Notario Campestri
Regni Fratri suo germano, dat ac libere
admittit, dandamque ac per Honoratos
Jurisfideles Civitatis Novæ Varsaviæ dum
exgindo

et quando Generosus modernus Redonatarij
Hæres requiret conferendam, nullatenus per
se, aut per subordinatas quasvis Personas
impugnabit. Evictionem insuper generalem
ac omnimodam tuitionem ab omnibus et
singulis impedimentis quarumvis Persona:
rum interesse aliquod ad Palatium idem
nunc Redonatum et resignatum, habentium
et sese aliquando indicentium, Generoso Fran:
cisco Rzewuski Notario Campestri Regni
Fratri suo germano ac Ejus Successoribus
cavere, sesq' in omnibus Bonis suis hæredi:
tariis ubivis locorum consistentibus, infor:
ma Juris plenissima inscribit et assecurat.
Adversus quam quidem Venditionem, Redo:
nationem et Resignationem nullis se
diffugiis Juris tuebitur, imo omnibus re:
nunciat. Hac sua Personali Recognitione
ad premissa mediante. Aliàs in forma
Redonationis, retro Venditionis et Resi:
gnationis de Jure plenissima et perfecti:
sima. Pro majori vero firmitate manu
propria se subscripsit. Joannes Rzewuski
Subdapifer M.D.Litt. Cum ejusmodi Redo:
natoriam Inscriptionem sic ut premissam
factamq et recognitam, nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta
presentia nostri inscribi et ex ijsdem
fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quor:
fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ
ipso Die Festi Sancti Petri
ad Vincula Die videlicet Primâ
Mensis Augusti Anno Do:
mini Millesimô Septingen:
tesimo Quinquagesimo
Octavô. Regni verò Nostri
Annô Vigesimô Quintô.

Ad Relationem Ejusdem Illrmi Ex:
cellmi et Rmi Domini Prolancella:
rii Regni ut supra.

Edit Magnificus Hieronymus Princeps
Radziwill Vexillifer M.D.Lit.ae de Area
certa seu Fundo in Kalęczyn ad Var:
saviam in Nowy Swiat sito, proprio
suo hæreditario Magnifico Georgio
Vandalino Mniszech Marschalco
Curiæ Regni et Mariæ Ameliæ de
Brühle Conjugibus.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis præ:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris comparens personaliter
Magnificus Hieronymus Princeps Ra:
dziwill Vexillifer Magni Ducatûs Lith:
uaniæ mente et corpore existens, recedeñ:
do à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis huic autem Jurisdict:
oni Nostræ Regiæ quoad infrascripta
recognoscenda attinet se subjiciendo et
incorporando palam, liberè ac benevolè re:

cognovit

cognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse
de omni et integro jure suo Successivo et hære:
ditario quod et quale post fata olim Magnifici
Theophili de Radziwiłły primarum olim Ge:
nerosi Jacobi Henrici Comitis Heyming Stabuli
Præfecti Magni Ducatus Litta, Secundarum vero
Magnifici Principis Michaëlis Wiśniowiecki
Palatini Vilnen: et Supremi Exercituum
M.D. Litt: Ducis, et tertiarum Magnifici
Michaëlis Sapieha Palatini Podlachiæ,
nuptiarum Uxoris, Sororis sua germanæ re
cognoscentem ad aream certam et fundum
in Kalęczyn ad Varsaviam in nowy Świat
situm et jacentem, concernit, jam exnunc
et de facto in Personas Magnificorum
Georgii Vandalini Mniszech Marschalci
Curiæ Regni, et Mariæ Amelire de Brühle
Conjugum legitimorum cedit et condescen:
dit, totumque et integrum Jus suum hære:
ditarium ad præmissam aream et fundum
habitum, nihil sibi suisque Successoribus
cujuspiam Juris aut prætensionis reser:
vando, seu modo quovis excipiendo, inter:
sonus præimertorum Magnificorum Cessi:
onariorum suorum transfert, transfundit
plenarie et de integro. Intromissionem
in dictam aream seu fundum per mini:
steriales quemvis generalem et Nobiles
duos quovis faustis pro tempore condu:
cendos liberè dat et de facto admittit.
Hac sua Personali Recognitione ad præ.

missa mediante. Alias in forma Inscri:
ptionis Cessionariæ de Jure plenissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate
manu propriâ sese subscripsit. Hierony:
mus Dux et Princeps Radziwiłł Lupmus
Vexillifer Magni Ducatg Lithe. Quam
ejusmodi Inscriptionem Cessionariam sic
ut præmissum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volen:
tes eandem ad acta præsentia suscipi in:
scribi et ex ijzdem fideliter descriptam
Parti postulanti authentice extradi per:
misimus. In quorum fidem &c. Actum
ut supra.

Approbat certam Quietationem Re:
verendissimus in Christo Pater Do:
minus Adamus Ignatius Komorow:
zki Archi:Epus Gnesnen. Legatus
natus Primas Regni Poloniæ et M.
D. Lithe per Gnosum Ignatium Ko:
morowski Castellanum Chełmen. Aud.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c. Quod coram Actis pre:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
nostræ minoris comparens personaliter
Reverendissimus in Christo Pater Dominus
Adamus Ignatius Komorowski Archi:
piscopus Gnesnensis, Legatus natus Pri:
mus Primasq; Princeps Regni Poloniæ et
M. D. Lithe, sanus mente et corpore existens
recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis

suis quibusvis proprijs huic autem Jurisdi:
ctioni Nostre Regie, quo ad infrascripta reco:
gnoscenda attinet, sese subjiciendo et incorpo:
rando palam libere ac benevole recognovit
et presentibus recognovit. Quia Ipse Quieta:
tionem per Generosum Ignatium Homorowski
Castellanum Chelmens uti inscriptum espe-
cialem Plenipotentem suum in actis Ce:
sarenibus Casnoviensibus Feriâ Secun:
dâ in Crastino Festi Visitationis Gloriosis:
simæ Virginis Mariæ Annô Domini Mil:
lesimo Septingentesimo Quinquagesimo
Octavo, in rem Generosi Adami in Zaluzizyn
Jordan Palatini de Bractavien. tum Gnôæ
Theresiæ de Pocieie Humiecka, olim Gnôsi
Ignatii Humiecki Dapiferi Regni Consortis
relictæ ad præsens Vidua, occasione Sum:
mæ Octuaginta Quinque millium Flore:
norum Polon Capitalis, tum dein alterius
Sex millium Octingentorum Florenorum
Polon Provisionalis per supramemoratæ
Gnôam Theresiam de Pocieie Humiecka
Pouillatricem Regni Viduam ad manus
ejusdem Generosi Ignatii Homorowski
Castellani Chelmens persolutarum, factæ
et recognitam, in omnibus ejusdem Quieta:
tionis punctis, clausulis, articulis, nexi:
bus et ligamentis, approbat, roborat et ra:
tificat, perpetuumq robur et valorem ac:
præscriptam Quietationem habere vult
et præsentibus declarat. Nihil sibi ac:

isq; Successoribus quibusquam Juris aut cujus-
piam pretextus ad eorundem Generosorum Ada-
mum in Zaleszczyn Jordan Palatinidam
Bractavien.em, tum Annam Theresiam de Po-
wiele Humiecka, olim Generosi Ignatii Hu-
miecki Dapiferi Regni Consortem relictam
Viduam reservando seu modo quovis excipiendo.
Hac sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Alias in forma Inscriptionis
approbatoriæ de Jure plenissima firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmitate
manu propriâ se subscripsit. Adamus
Ign. Komorowski Archiepus Gnesnensis
Primas Regni mp. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem approbatoriam, sicut premissum
factum et recognitum nos firmam ac de Jure
validum haberi volentes, eandem ad cuta
presentia sumpsi, inscribi, et ex ijdem Ju-
deliter descriptam Parti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In quorum
Fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Sextâ post Festum Sancti
Petri in Vinculis, proximâ
Die videlicet Quarta men-
sis Augusti, Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Quinquagesimo Octavo
Regni vero Nostri Anno
xxv.

Ad Rela-

Ad Relationem Illrmi Excellmi
et Rmi Domini Prolancellarii
Regni.

Quietat Generosus Simon Dzierzbicki
Camerarius Sdl.e Mttis de Summa
8000. Generosos Vincentium Vena:
torem Lanicien.s Judiciorum Postcur:
alium Assessorem, et Josephum Vena:
torem Inovlodensem Czarny Zawiszowie.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis pra:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ minoris comparens personaliter
Generosus Simon Dzierzbicki Camerarius
noster, sanus mente et corpore existens
recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi:
ctioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, libere ac benevolè re:
cognovit et præsentibus recognovit. Quia
Ipse Generosus Vincentium Venatorem
Lanicien.s, ac Judiciorum Nostrorum Cast:
curialium Assessorem, et Josephum Vena:
torem Inovlodensem Czarny Zawiszowiez,
jam exnunc et defacto de Summa Octo
millium Florenorum Polonicalium sibi
vigore manualis Obligationis sub Die
Trigesima mensis Maji Anno currenti

Millesimo Septingentesimo Quinquage si:
mo Octavô Datæ et Actis præsentibus Me.
trices Regni sub eodem Actu roboratæ,
asecurata et ad solvendum provenient
ob præstitam sibi Recognoscenti realem
satisfactionem et in effectu Summa præ.
missa una cum provisione exolutionem,
Quietat, emittit, liberos absolutosque facit
et pronuntiat. Ac insimul Scriptum iden
sive memoratam Obligationem cum ejus
contentis, Vadiis et ligamentis ac Robora=
tione quo ad premissam Summam Flore:
norum Octo millium Polonicalium per
se Recognoscentem actualiter levatam,
spectantem, nihil sibi suisque Successori:
bus quidquam Juris, prætextûs et præten:
sionis intuitu ejusdem Summæ reservan:
do, relinquendo et excipiendo, tollit, cassat,
mortificat et annihilat perpetuo et in
evum. Hac sua personali Recogniti:
one ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Quietatoriæ
de Jure plenissima et perfectissima. Pro
majori vero firmitate manu propriâ
sese subscripsit. Simon Dzierzbicki Szam
Horni mp. Quam ejusmodi Inscriptionem
Quietatoriam sicut premissum factam
et Recognitam, nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta
præsentia suscipi, inscribi et ex ijdem
fidei

fideliter descriptum Parti postulanti Au-
thentice extradi permisimus. In quorum
fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsavie Feriâ
Tertiâ ante Festum Sancti
Laurentii Martyris proxi:
mâ Die scilicet Octavâ
Mensis Augusti, Annô
Domini Millesimô septin:
gentesimo Quinquagesimô
Octavô. Regni verô nostri
Annô XXV.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Domini Prolancellarii
Regni ut supra.

Manifestatur Generosus Melchior
Kalchsteyn Stolinski Vexillifer
Palatz Culmensis.

Augustus Tertius &c
Significamus &c. Quod coram Actis pre:
sentibus Metrices Regni Cancellarie
nostre minoris comparens persona:
liter Generosus Melchior Kalchsteyn
Stolinski Vexillifer Palatinatus Culmen
sensus mente et corpore existens, receden:
do a Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Ju:
risdictioni nostre Regie, quo ad infra
scripta recognoscenda attinet, se subjici:

endo et incorporando obtulit ad acticandum
Actisq' præsentibus inscribendum Mani-
festationem in parata Copia Tenoris se-
quentis: Ad Acta præsentia Metrices
Regni comparem Generosus Melchior
Halchsteyn Stolinzki Vexillifer Palatinæ
Culmen. Bonorum Hzowo majus et
minus in Palatinatu Pomeraniæ et Di-
strictu Tucholien. situatorum hæredita-
rius Possessor. Quamprimum Varsaviæ
in Actis Metrices Regni documentacer-
ta ratione Limitum Bonorum suorum
Hzowa minus reperierit, eademq' Authen-
ticè per Extractum deprompserit, Illico
à prima notitia præsentem infert ma-
nifestationem, manifestaturq' in eo: Quia
ratione Limitum Bonorum eorundem
Hzowo minus ex hoc noviter reperto
documento, in Foro competenti Jure actu-
rum, injuriasq' sibi manifestanti illa-
tas vindicaturum sese declarat mani-
festationis præsentis vigore. Quam pro
majori fide manu propria subscripsit.
Melchior Halchsteyn Stolinzki V. Culmen.
Quam ejusmodi Manifestationem ut
præmissum factam, Nos ad Acta præ-
sentia suscipi, inscribi et ex ejusdem fide-
liter descripta Parti postulanti Authenticè
extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Stroinski

Actum Varsavie Feriâ Quartâ
in Vigilia Festi Sancti Laurentii Martyris, Die scilicet no-
nâ Mensis Augusti, Annô
Domini Millesimô Septin-
gentesimô Quinquagesimo
Octavô. Regni verô Nostri An-
nô Vigesimô Quintô.

Ad Relationem Ejusdem Illustrissimi Excellmi et Rndmi Domini Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien. Abbatis Commendatarii Czerveng et Clarae Tumbae Mogilnen. Prolancellarii Regni.

Roborant Contractum certum Rndus in Christo Pater Cajetanus Soltyk Epi: scopus Kijovien. ex una, et Admodum Rndus in Christo Pater Dnus Andreas Stanislaus Kostka Zaluski Episcopus Cracovien. Dux Severiæ, partibus exaltera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Minoris, comparentes personaliter Rndus in Christo Pater Cajetanus Soltyk Episcopus Kijovien. et Czerniechovien. olim Mficor. Josephi Francisci bini nominis Soltyk Castellani Lublinen. et Constantiæ de Drzewicki Conjugum legitimorum Filius, Bonorum Oppidi Jedlinsko et Villarum ad idem perti-

nentium in Palatinatu Sendomirien^{s} Districtu
Radomien^{s} et Granarii cum Fundo in Villa Pry.
dworzyce ad Vistulam in Terra Czernensi,
Districtu Vurecensi jacentium, erga alios Con.
successores haeres, suo et successorum olim Ma:
gnifici Ludovici de Drzewiclie, olim Mci
Hieronymi Drzewicki Palatini Lublinen^{s}
cum olim Magnifica Constantia Niemierzy:
cowna procreata Filia, Generosi vero Francisci,
Btoniszewski Capitanei Projecen^{s} Consorte
progenitorum, vigore Specialium Plenipo:
tentiarum, unius per Generosos Ignatium
et Thadaeum Btoniszewskie Capitaneos Pro:
jecen^{s} suo et aliorum Fratrum et Sororum
nomine agentes, alterius vero per Gnosam
Annam Btoniszewska, eorundem Gnorum
Btoniszewskich Sororem, Generosi vero An:
tonii Los Solinski Notarii Terrae Posnanien^{s}
Consortem, erga alios Consuccessores Bonor^{s}
Tractus Jedlinczensis itidem Haeredes Feriâ
Secundâ ipso Die Festi Sancti Francisci Con:
fessoris Annô Domini Millesimo Septingen:
tesimo Quinquagesimô Sextô coram Cu^{s}
Castrensibus Cortensibus in rem sui Jactur^{s}
et Recognitarum, pro quorum ratihabi:
one pacem cavet, et se in forma Juris qua^{m}
plenissima inscribit nomine ex una, et Vene.
rabilis Thomas Szaniawski, Eccles^{ae} Sancti
Michaëlis Cracovien^{sis} Cu^{s}tos, per Admod^{m}
Reverendum in Christo Patrem Dominum
Andream Stanislaum Kostka Comitem
in Zadu.

in Zatuslii Zatuslii Episcopum Cracovien^e
Ducem Severiæ, Actis Castrensibus Cracovien^e
Feriâ Secundâ post Dominicam Misericordiæ
proxima Annô Domini Millesimô Septingen:
tesimo Quinquagesimô Septimo, inscriptus
Plenipotens, nomine ejusdem Principalis
sui agens partibus ex altera, sani mentibus
et corporibus existentes, recedendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus sui quibuscuis
propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda
attinet, sese subjiciendo et incorporando,
palam, liberè, ac benevolè recognoverunt,
et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi et
quidem Reverendus in Christo Pater Cajetanus
Soltyk Episcopus Kijovien^s et Czernichovien^s
suo et quibus supra, Venerabilis verò Tho:
mas Szaniawski Ecclesiæ Collegiatæ Sancti
Michaëlis Cracovien^s Custos, vigore Plenipo:
tentiæ supra^ de certu sibi ab Admodum
Rndo in Christo Patre Domino Andrea
Stanislao Hortha Comite in Zatuslii Za:
tuslii Episcopo Cracoviensi, Duce Severiæ
data, ejusdemque nomine, Contractum
certum ratione resignationis Bonorum
Oppidi Jedlinska cum attinentiis in Pala:
tinatu Sandomirien^s Districtu Radomi:
en^s sitt et Granarii cum Fundo in Villa
Przydworzyce ad Vistulam in Terra Czer:
nien^s Districtu Varsovien^s jacentis, de Data
ejus hic Varsaviæ Die Secundâ mensis

et Anni curreng nunc, initum et conscriptum,
manibus suorum Recognoscen^r et Amicorum
subscriptum, Sigillisq' suis gentilitiis communitt
Damnis Terrestribus firmatum, in omnibus
ejusdem Contractus conditionibus, Punctis, clau:
sulis, Articulis, nexibus, et ligamentis appro:
bant, confirmant, roborant, et ratificant, eidemq'
Contractui stare, parere, et plenarie' satisfa:
cere, submittunt, presentibusque declarant.
Idque sub damnis Terrestribus simplici aser:
tione absq' Juramento taxandis et edicendis
in casum Contraventionis eidemq' non satis.
factionis ad solvendum irremissibiliter suc:
cumben^r. Pro quibus quidem damnis Terre:
stribus, taliter exinde succubitis, utata exi:
stens una Pars per alian, Pars scilicet prefat^m
Contractum non tenens nec complens ex In:
stantia alterius Partis Contractum in toto
tenentis, complendis et exequendis, sive ejus
Successorum ad Officium Castrense Radomi:
ense, aut Judicium Tribunalitium Regni
Lublinense recessu suprascripto mediante,
semper in primo Juris Citationisq' Termino
tanquam peremptorio, peremptorie' stare, Jur.
parere, respondere, comparendoq' damna ter:
restria prefata succubita solvere, Eaibus
solutis, nihilominus Contractui prefato pre:
sentibus roborato in toto satisfacere, omneq'
Judicatum Officii illius Castrensis Capitaneal^s
Radomien^s, aut Judicii Tribunalis Regni
Lublinen^s de jure non exeundo, pati, absque

omni

omni dilatione, defensione, exceptione, prae:
scriptione, Protestatione, evazione, motione et
appellatione, eorumq' modo quovis, seu per
aditationes quavis prosecutione tenebunt.
Hac eorum personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori vero firmitate manu:
bus propriis sese subscripserunt. Cajetanus
Soltyk Epp̃us Kijov̄ et Czern̄ suo et Jnsorum
Bonizeuzkich nne nup. Thomas Szaniawski
C.C.S.M. Chri Spis Ptens. Quam ejusmodi Reco:
rationem sic ut premissum factam et Reco:
gnitam, Nos firmam, ac de Jure validam
haberi volentes, eandem ad acta presentia
susipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descripti
parti postulanti Authentice extradi permi:
simus. Jn quorum fidem &c: Actum Varsa:
viæ ut sup.

Donat Bona Oppidum Jedlinsko
cum attinentiis Reverendus in Christo
Pater Cajetanus Soltyk Episcopus Ki:
jovien., Admodum Rndo in Christo Patri
Episcopo Cracovien. Duci Severiæ
Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quod coram Actis presen:
tibus Metricis Regni Cancellariæ nostræ
minoris comparens personaliter Rndus
in Christo Pater Cajetanus Soltyk Episcopus
Kijovien. et Czernichovien., olim Mnfici
Josephi Francisci bini nominis Soltyk Ca:
stellani Lublinen. et Constantiæ de Drzewic:
kie Conjugum legitimorum Filius, Bonorũ

Oppidi Jedlinsko et Villarum Jedlonka, Lisowola,
Gutow, Wola Gutowska, Brod, Zawady, Plaszow,
nowa Wola, in Palatinatu Sendomirien: Districtu
Radomien:, et Granarii cum Fundo in Villa Przy:
dworzyce ad Vistulam in Terra Cernen: Dictu
Varecen: jacentium, erga alios Consuccessores
haeres, suo et Successorum olim Magnifici
Ludovici de Drzewickie olim Mgci Hierony:
mi Drzewicki Palatini Lublinen:, cum olim
Magnifica Constantia Niemierzyczowna
procreatae Filiae, Gnóri verò Francisci Blo:
szewski Capitanei Projecen: Consortis proge:
nitorum, vigore Specialium Plenipotentiarum
unius per Generosos Ignatium et Thadeum
Blouszewskie Capitaneid Projecenses, suo et
aliorum Fratrum et Sororum nomine agen:
tes, alterius verò per Gnósam Annam Blou:
szewska, eorundem Generosorum Blouszewskich
Sororem, Generosi verò Antonii Los Jolinski
Notarii Terrae Posnanien: Consortem, erga a:
sto Patris Dni Andreæ Stanislai Kostka Comitis
in Zatusie Zatuski Episcopi Cracovien[sis] Ducis
Severiæ agentem in Jedlonka, Secundo vero, Die
Secunda Augusti hic Varsaviæ Anno currenti
Inter Rndum in Christo Patrem Cajetanum
Episcopum Kijovien[sem] et Czerniechovien[sem]
tum Gnosum Mathiam Castellanum Varsav:
ensem itidem Soltysii inter se, et Generosos Tho:
mam et se Felicem Fratres germanos ab una,
et Nobilem Thomam Szaniawski Eccles[iæ] Colle:
giatæ Sancti Michaëlis Cracovien[sis] Custodem
Admodum Rndi in Christo Patris Domini An:
dreæ Stanislai Kostka Zatuski Episcopi Cracovien[sis]
Ducis Severiæ, Actis Castrensibus Cracovien[sibus]
Feriâ Secundâ post Dominicam Misericordiæ
Annô Millesimo Septingentesimo Quinquage-
simo Septimo specialiter inscripto Plenipoten-
parte ab altera conscriptis, Primitivo Actis
Castrensibus Radomien[sibus] Sabbathô post
Festum Sanctæ Annæ Matris Deiparæ, sub:
alterno verò Actis præsentibus Metrices

Regni

Regni Sabbatho post Festum Sancti Francisci
Confessoris proximo Die videlicet Septima men:
lis et Anni praxeq roboratis, pro pretio Bona:
rum Sedlinsko cum attinentiis in Palatinatu
Sandomiriensi Districtu Radomiensi, et Gra:
nario in Terra Czerneni Districtu Varecen:
sitorum et jacentium constituto provenien:
et ad solvendum sibi Recognoscenti praemissis
Contractibus determinata, tum de ipsismet
ijdem Contractibus, eorum Vadiis, conten:tis
Foro et Ligamentis, diuntaxat quo ad eandem
Summam sese referentibus, eorumq Robora:
tionibus, ob praestitam sibi Recognoscenti
sufficientem satisfactionem, realemq ejusden
Summa Ducentorum Septuaginta Millium
Florenorum Polonicalium dictantibus ijdem
Contractibus Resignatorijs bonificationem
et in residuo Centum millium florenorum
Polonicalium sibi Recognoscen effectivam
exsolutionem, eundem Adm Rndum in Christo
Patrem Dnum Andream Stanislaum Kostka
Latuski, Episcopum Cracovien, quietat, emittit,
liberum absolutumq cum Successoribus ejus
sanguine junctis facit et pronuntiat, supra di:
ctos Contractus quo ad exsolutionem ejusdem Sum:
mae Ducentorum Septuaginta millium floren
Polon pro pretio Bonorum constitutae, bonifi:
catae et exsolutae sese referentes, cum eorunde

Contentis

contentis, Vadio, Foro et ligamentis, nihil sibi suisq;
Successoribus ac aliis Consuccessoribus suis quid:
quam Juris aut cujusvis prætensionis, adeun:
dem Admodum: Reverendum in Christo Patrem
Dominum Andream Stanislaum Kostka
Zatuski Episcopum Cracoviensem Ducem Se:
veriæ, Ipsiusq; Sanguinis Successores, ac ad
Bona Tractus Sedenscensis cum attinentiis
et Granarium supra exaratum reservando, seu
modo quovis excipiendo, tollit, cassat et annihilat
perpetuo et in ævum. Et incontinenti Idem Ge:
nerosus Recognoscens sanus & recedendo &c reco:
gnovit. Quia Ipse eundem Admodum Rndum
in Christo Patrem Dominum Andream Stanisla:
um Kostka Comitem in Zatuski Zatuski Epp̃um
Cracoviensem Ducem Severiæ de Complanatione
certa inter & Recognoscentem ex una, et Vblem
Leonardum Kielczewski, Canonicum Cathlem
Vladislaviensem ejusdem Admodum Rndi
in Christo Patris Dñi Episcopi Cracoviensis
Specialem Plenipotentem, Anno præsenti 1750.
Die 26. Julii in Sedlonka partibus ex altera,
ratione violentiarum conscripta, et confecta
ob subsecutam in omnibus punctis plenari:
am satisfactionem, eundem Admodum Rndum
in Christo Patrem Dñum Andream Stanislaũ
Kostka Zatuski Episcopum Cracoviensem quie:
tat, Processum hoc in negotio, utpote Condemna:
tionem in Judiciis Tribunalitiis Regni Lu:
blinen: obtentam, tum Decretum Condescensionis,
necnon

necnon omnes et singulas Juris Processus, Cita:
tiones, earundem Relationes, tollit, cassat et
mortificat. Nihil quidquam Juris et prætensi:
onis, ad eundem Adm Rdum in Christo
Patrem Dnum Epum Cracovien et ejus Suc:
cessores Sanguinis tam in causa et actione,
cujus motivo hæc est conscripta Complanatia,
quàm ex punctis ejusdem Complanationis re:
servando. Hac sua personali recognitione
ac promissa mediante. Pro majori vero fir:
mitate manu propria se subscripsit. Felix
Soltyk Cap: Lwiny. Quam ejus modi Inscri:
ptionem Quietatoriam sic ut præmissumpta:
ctam et recognitam Nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad acta præ:
sentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authentice extra:
di permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut
supra.

Donat Bona sua hereditaria seu Par:
tiones illorum videlicet Tractus Sedlin:
scensis Generosus Ignatius Bloszewski
Cubicularius Sac Mtis, Admodum Re:
verendo in Christo Patri Dño Caetano Epi:
scopo Cracoviensi, simulq Transactiones
per prius factæ et ad eadem Bona se rede:
rentes, suo et aliorum nomine approbat.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus

Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris
comparens personaliter Generosus Ignatius
Btoiszewski Cubicularius noster, Generosor[um]
Francisci in Btoiszewo Btoiszewski Capitanei
Grojecen[sis] cum olim Gnósa Ludovica Victoria duo:
rum nominum[m] Drzewicka, olim Gnósorum Hie:
ronymi Drzewicki Palatini de Lublinen[sis] et
Constantiæ Niemieryczowna Conjugum Filia,
matrimonialiter procreatus Filius, olim vero
Gnósæ Theresiæ de Działyńskie primo Szem:
bekowa, secundo vero voto Gnósi Joannis Stior:
ski Capitanei Murzinovien[sis] Consortis uteri:
liter vita functæ Sororius et Successor natura:
lis, suo, Gnósi Thadæi Vicecolonelli Exercituum
M.D.L[ithuaniæ]. Annæ Gnósi Los Golinski notarii Ter:
restris Posnanien[sis] Consortis, Magdalenæ
Constantiæ et Antoninæ Virginum innupta:
rum Btoiszewskich, Fratris et Sororum sui
Recognoscentis germanorum, proquorum ra:
tihabitione in forma Juris debita, vigore
Plenipotentiarum[m] de actu infra specifican:
darum sibi Recognoscenti ad infrascripta
peragenda specialiter datarum et Recognitar[um]
pacem cavet, ac sese de Bonis suis generaliter
omnibus inscribit, nomine, sanus mente
et corpore existens, recedendo a Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis
huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quo
ad infrascripta recognoscenda attinet, sese
subjici:

subjiciendo et incorporando, palam, libere, ac
benevole recognovit et praesentibus recognoscit.
Quia Ipse tam suo quam Supradictorum Gnō-
sorum Błoszewskich Fratris et Sororum
sui Recognoscentis germanorum, tanquam
Frater natu major ac Tutor naturalis, atq;
vigore Plenipotentiarum et quidem primo
per Gnōsum Franciscum in Błoszewo Błos:
dszewskii Capitaneum projecend. sui Recogno:
scend. Parentem Feriâ Tertiâ post Festum San:
cti Francisci Confessoris proxima, Alterius vero
per Gnōsam Annam de Błoszewskie, Gnōsi
Antonii Los Golinski Notarii Terrestris Posna:
nien. Consortem Sororem suam, actu eodem, De:
nium Tertia Feria Sextâ ante Festum Sanctæ
Hedvigis Viduæ Electæ per Gnōsum Thadæum
Błoszewski Vicecolonellum Exercitus Regni
m. D. Lith. Fratrem suum germanum Anno pra-
senti in Coltenz ubi specialiter datarum et
inscriptarum, insistendo Contractui certo
Varsaviæ Die Secunda mensis Augusti An:
no ad praesens currenti 1750. Inter Reveren:
dum in Christo Patrem Cajetanum Episcopum
Kijoviensem et Czerniechovien. suo et Gnōsorū
Successorum olim Magnifico Ludovico Drze:
wicka olim Mici Hieronymi Violeti Drzewicki
Palatini Lublinen., cum olim Mica Constantia
Niemieryczowna in primo Matrimonii Thoro
procreata Filia, Gnōsi vero Francisci Błos:

szewski Capitanei Grojecen.ᵈ Consortis, cum eodem
Gnōso Bloszewski procreatorum Filiorum et
Filicarum, vigore Plenipotentiarum Specialium,
in eodem Contractu de Actu specificatarum, et
Gnōrum Mathiam Castellanum Varsaviensem
Soltyki, olim Mtcorum Josephi Francisci bini
nominis Soltyk Castellani Lublinen.ᵈ et Constan:
tiæ Drzewicka Palatinidis Lublinen.ᵈ Conjugū
procreatos Filios, Fratres inter se germanos,
Bonorum Opsidi Sedlinzko cum attinentiis
Hæredes ab una, atq; Rdm Ludum in Christo
Patrem Dominum Andream Stanislaum
Kostka Comitem in Zatuski Zatuski Episco:
pum Cracovien.ᵈ Ducem Severiæ per Vene:
rabilem Thomam Szaniawski Custodem Colle:
giatæ S. Michaelis Cracovien.ᵈ Actis Castren:
sibus Cracovien.ᵈ Feriâ Secundâ post Domini:
cam Misericordiæ in Anno nuper elapso
1757. specialiter inscriptum Plenipotentem
suum, agentem parte ab altera inito et con:
scripto, Actisq; præsentibus Metrices Rni
Varsaviæ Feriâ Quartâ in Vigilia Festi San:
cti Laurentii Martyris, Anno ad præsens
currenti 1758. roborato, evincendo. à Submis:
sione eundem Reverendum in Christo Patrem
Cajetanum Soltyk Episcopum Kijovien.ᵈ
et Czerniechovien.ᵈ tam circa promissum
Contractum quam Donationem, uno eodemq;
Roborationis Contractus Actu, facta et

inscripta

inscripta, jam exnunc et dejacto Admodu
Reverendo in Christo Patri Domino Andrea
Stanislao Kostka Comiti in Zatuski Zatuski
Episcopo Cracovienni Duci Severiæ, ejusque
Successoribus Sanguinis Bona sua propria
et hereditaria mobilia et immobilia, here-
ditaria obligatoria Bonorum Tractus Jedlin-
scensis cum adhinentiis, in Palatinatu Lando-
mirensi, Districtu verò Radomiensi sita et
jacentia, seu portiones eorundem Bonorum,
se Recognoscentem, Fratremq' suu Recogno-
scentis et Sorores germanas, quorum nomine
agit, concernen^s, post olim Gnōsam Theresiam
ultimo voto Kliorska Capitaneam Mursi-
novien^s sterilitèr vita functam, cum omni
et integro Jure suo Dominio, proprietate,
propinquitate, Titulog' hæreditario, omni-
busq' eorundem Bonorum utilitatibus, usi-
bus fructibus, proventibus, commodis et
emolumentis, acquibusvis obventionibus,
areis, Curiis, ædificiis, Structuris parvis et
magnis, dat, donat, confert, inscribit et
resignat, pura, mera, vera et irrevocabili do-
natione perpetuo et in avum, Intromissionem
ipsi in prafata Bona seu Portiones Bono-
rum præsentibus resignatas per ministe-
rialem Regni generalem quemvis et Nobiles
Curios, facultus pro tempore officiosè condu-

cendo libere dat et admittit, Pacem cum
Turtione et Evictione suo et quibus super
nominibus in et super Bonis suis generaliter
omnibus supraditig Gnōsi Parentis sui
habitis et habendis cavet, et inscribit, pdg
sub dannis Terrestribus simplici verbo abstg
Juramento corporali taxandis et edicendis
in casu alicujus exorti impedimenti et non
facta tutionis et evictionis irremissibiliter
succumbendis. Pro quibus quidem dannis
Terrestribus ut premissum est taxatis
et edictis, Citatus existens Idem Gnōsus
Recognoscens ac alii quorum nomine reco:
gnovit, suis cum Successoribus, semper in
primo Juris Citationisq Termino, semotis
omnibus Juris Diffugiis, tanquam perem:
ptorio, coram ubiquinario Judicio et officio
majoris, minorisq Officii Foro, signanter
Officio Castrensi Radomiensi aut Judicio
Tribunalitio Regni Lublinen, absq omni
Dilatione, motione, appellatione, earumq
modo quovis exceptione respondebit perem:
ptorie. Et incontinenti Idem Gnōsus Reco:
gnoscens Janus &c. recedendo &c. recognovit.
Quia Ipse evincendo Reverendum in Christo
Patrem Cajetanum Soltyk Episcopum Kijo:
viensem et Czerniechovien sui Recognoscen:
tis Fratrem Amitalem a Submissione circa

Contra:

Contractum Resignationis Bonorum Tra:
ctus Sedlinscensis ac Donationem coram
Actis præsentibus Metrices Regni de actu
superius expressa, facta, et recognita, tam eun:
dem Contractum Resignat^t, quàm Donation^m
seu Resignation^m Bonorum Sedlinsk cum
attinentiis, necnon Quietation^m de pretio Bo:
norum nomine suo, ac Jnózi Thadæi Btowsze:
wski Vicecolonelli Exercitus M.D. Lit^æ Capit^s
Projecen^s ac aliorum vigore Plenipotentiæ sui
Recognoscen^s et ejusdem Jnózi Thadæi Btowsze:
wski Fratris sui germani eidem Ordo in
Christo Patri Cajetano Soltyk Episcopo Kijo:
viensi et Czerniechovien^s specialiter data
subsecutum et subsecutas, in rem et Person^m
Admodum Rev^di in Christo Patris Dñi Ant:
onæ Stanislai Hozkka Comitis in Zaluski
Zaluski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ,
ejusq^ Successorum sanguine junctorum, cum
omnibus earundem Transactionum, utpote Con:
tractus, Roborationis, Donationis et Quieta:
tionis, contentis, punctis, clausulis, articulis
nexibus, Foro et Ligamentis, ob præstitam
sibi Recognoscenti et ejus Jnózis Fratri et So:
roribus sufficientem satisfactionem, realem^q
et effectivam ad manus suprad^ti Reverendi
in Christo Patris Cajetani Soltyk Episcopi Kijo:
viensis et Czerniechovien^s Specialis Plenipoten:
tis et Commissoris exolutionem, et per ipsum

cautam Evictionem approbat, confirmat, et ratificat, Evictionem tam in Bonis suis, Je: nerosi Parentis et Fratris suorum generaliter omnibus cavet et asecurat, eaudemq' Portio: nes qua et quanta ex pretio constituto jam levato et acquietato supradictos Gnosos Fratres et Sorores sui Recognoscentis concernunt, mi: nimè lese referendo ad praetacta Bona pra: sentibus resignata, eisdem Gnosis Fratri et Sororibus, super totali Substantia sua habita et habenda, suis cum Successoribus inscribit et asecurat, Idque sub damnis Terrestribus semotis omnibus Juris dilugiis et Fori exce: ptione, toties quoties opus fuerit a se Recogno: scente Generosis' Parente et Fratre sui Recogno: scentis, in casu exorti Impedimenti et nonsa: cta Solutionis et Evictionis, ad Instantiam ejus: dem Admodum Rndi in Christo Patris Dni Andreae Stanislai Kostka Comitis in Zatuszki Zatuszki Episcopi Cracovien: Ducis Severia ejusq' Successorum Sanguine junctorum coram ubiquinario Foro, signanter Officio Castrensi Radomiensi seu Judicio Tribunalitio Rni Lublinen: vindicandis, Nihilominus Idem Gnosus Recognoscens a supradictis Generoso Fratre et Sororibus approbationem praeven: tium Transactionum et inante respectu e: orundem Bonorum Tractus Sedlinscensis subsecutarum in spatio Duodecem Septimanar: ab Actu

ab Actu praesenti elabendarum, sua cura et
opere coram Actis quibusvis Authenticis Re:
gni efficere spondet et asecurat. Jdq; sub si:
milibus Damnis in casu Contraventionis
in Foro, quo supra vindicandis. Hac sua per:
sonali Recognitione ad premissa mediante.
Alias informa Inscriptionis Donatoriæ, Re.
signatoriæ et approbatoriæ, de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori vero
firmitate manu propria sese subscripsit.
Ignatius Blociszewski Sac. Mtis Nobilis Cubi:
cularius suo et Fratris ac Sororum suar nomine.
Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam
sic ut premissum factam et Recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi,
et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postu:
lanti Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ post Festum Sancti
Martini Episcopi et Confesso:
ris proximâ Die scilicet
Decimâ Tertiâ Mensis No:
vembris Annô Domini
Millesimô Septingentesimo
Quinquagesimo Octavô. Re:
gni vero Nostri Anno XXVI.

Ad Relationem Illrmi Excellmi
et Rmi Dni Prolancellarii Regni.

Ordinat Speciales Plenipotentes Reve-
rendissimus in Christo Pater Dominus
Adamus Komorowski Archi-Episcopus
Gnesnen. & Venerabiles Michaelem
Awedyk, Paulum Kosicki Canonicos
Cathles Gnesnen.

Augustus Tertius &c.

Significamus &: Quòd coram Actis præsenti-
bus Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris
comparens personaliter Reverendissimus
in Christo Pater Dominus Adamus à Ko-
morow Komorowski Archi Episcopus Gne-
snensis Legatus Natus, Primas Primusq.
Princeps Regni Poloniæ et Magni Ducatus
Lithuaniæ, sanus mente et corpore existens re-
cedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibuscunq. propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, sese subjiciendo et incor-
porando, palam, liberè, ac benevolè recognovit
et præsentibus recognovit. Quia Ipse Venles
Michaëlem Awedyk, Paulum Kosicki Canoni-
cos Cathedrales Gnesnenses, in suos veros legiti-
mos, Speciales et indubitatos Plenipotentes
fecit, constituit, et solenniter ordinavit, prout
quidem præsentibus facit, constituit et solenniter
ordinat, idque ad Triennium integrum ab actu
præsen-

præsenti computando. Dans et concedens
eisdem Specialibus Plenipotentibus suis tam
conjunctim quàm divisim plenariam facultatem, omnimodam et generalem potestatem
causas suas generaliter omnes et singulas
tam ex actoratu quàm et reatu in quovis
subsellio majori sive minori Regni cujus-
cunq. Terra et Districtus etiam Tribunalis
Regni Petricovien^s sive Lublinen^s habitas et
habendas institutas et instituendas cum quibus-
vis Personis occasione cujusvis negotii modo
quovis intercedentes promovendi, agendi et
defendendi, exceptiones quascunq. juridicas in-
ferendi, juramenta deferendi, et auscultan-
di, Decreta quæcunq. pro parte sui Recognoscen-
tis in minori subsellio lata acceptandi, à
gravaminosis ad majus subsellium appel-
landi, et movendi, Appellationes et motiones
prosequendi, pœnas quascunq. pecuniarias le-
vandi, de levatis quietandi, Contractus quas-
cunq. in quavis materia ineundi, complanandi,
contrahendi, et arendandi, Summas etiam ca-
pitales levandi, de levatis quietandi, Cessiones
Roborationesq. quascunq. nomine sui Recogno-
scentis faciendi, Executiones et Intromissiones
in Bona urgendi, admittendi, et acceptandi
alios Plenipotentes in locum sui substituen-
di, Substitutos rursus revocandi, ceteraque

omnia et singula pro causarum Termino-
rum et negotiorum exigentia Speciales et ge-
nerales Plenipotentes concernentia, in rem
et utilitatem sui Recognoscentis agendi et
exequendi. Cavens et promittens id totum
quidquid per memoratos Venerabiles Spec:
ales Plenipotentes suos rite et legitimè a:
ctum, gestum, constitutumq; fuerit, se Re-
cognoscenter et Successores suos sanguinis
pro rato, firmo, ac irrevocabili suscepturos.
Idque sub Vadio Centum Millium Florenor
Polonicalium à se Recognoscente sive Succes-
soribus suis Sanguinis vindicando. Hac vice
Personali Recognitione ad premissa me-
diante. Pro majori verò firmitate manu
propria esse subscripsit. Adamus Ign.
Honorowski Archiepus Gnesnen: Primas Regni
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut pre-
missum factam et recognitam nos firmam ac
de jure validam haberi volentes, eandem ad
acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fi-
deliter descripto Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum
ut supra.

Actum Varsaviæ Feria
Quartâ post Festum Sancti
Martini Episcopi et Confes:
soris proxima Die videlicet
Decimâ Sextâ mensis No
vembris

Novembris Annô Domini
Millesimô Septingentesimô
Quinquagesimô Octavô.
Regni verò nostri XXVI. Anno.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi
Domini Vicecancellarii Regni ut supra.

Oblata Diplomatis Baronatus Nobili
Laurentio Rosau de Deldenheim Con:
suli Regni et Nationis Polonæ in Civitate
Burdegala in Gallijs et Mariæ de Pelet
Conjugibus dati.
Augustus Tertius &c.

Significamus præsentibus Literis nostris quorũ
interest universis et singulis. Oblatas esse ad Ac:
ta præsentia Metrices Regni Cancellariæ no:
stræ Minoris Literas Originales Pargamene:
as Diplomatis Baronatus infrascriptt ma:
nu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Maje:
statis Nostræ communitas, sanas, salvas
et illæsas omnig prorsus suspicionis nota ca:
rentes Tenoris sequentis: Augustus Tertti:
us Dei gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ
Kijoviæ, Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolenscíæ, Severiæ, Czernichoviæg, necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis Nostris quo:
rum interest universis et singulis. Illam po:

testatis suæ partem Regibus esse jucundis-
simam, quod cum cæteris mortalium au-
thoritate, loco et majestate præfulgeant,
possint quoq; in eosdem lucis suæ radios de-
rivare: Ipsos beneficio suo magis ornatos
magisq; claros reddere, atq; adeo non poten-
tiæ suæ duntaxat, verùm bonitatis quoque
argumenta in vulgus exhibere. Quæ Prin-
cipum felicitas ut Nobis in præsentiarum re
ipsa et in effectu sentiatur, faciunt egregiæ
ipsius quæ à Nobis præmiari derivariq; postulant.
Dotes Nobilis Laurentii Rosau Consulis Re-
gni Nostri et nationis Polonæ in Civitate Bur-
degala in Gallijs à Nobis olim constituti.
Hic suis ex Paterna linea majoribus ipsius è
Regione Rhinlandiæ in Anno 1513. in Civita-
tem Sedanensem concesserunt: summis in
eadem Civitate Magistratibus frequenter
atq; integerrime functis abunde clarus, cla-
rior adhuc habetur per genus aviæ suæ de
Dekdenheim, cujus Familia vetustissima olim
in Belgio Nobilitatis, temporibus Ducis Alba-
ni, perturbatis illarum Provinciarum rebus,
concessit Sedanum, ibidemq; avitis fortunis
et virtutibus Sedem fixit. neque minora
sunt ornamenta quæ in Domum dicti Nobilis
Laurentii Rosau simul cum dote intulit
sua Ipsius Conjunx Maria, Filia Nobilis Pe-
tri de Mathieu Pelet in Civitate dicta St.
Affrique, in Diœcesi Vabrensi sita, procondi-
one

one et decore status sui Nobilitaris commoran:
tis Viri, et merito et Nobilitate sua admodum
conspicui. Cujus duo Fratres germani de Nar:
bonne Pelet in Civitate Burdegalensi commo:
rantes censentur in prima Classe magnorū
Secretariorum Regiorum. Filii verò eorum
ita Sagum et Togam inter sua decora diviserunt
ut qui ex altero unicus erat, Generosam Indolem
probet armis, exerceatq' in Castris: Bini auten
ex altero procreati in Suprema Curia Burde:
galensi Consiliarios agentes, studia pacis et
Justitiæ procurent gloriosè, uterq' per commu:
bia affinitate Nobilissimarum in eadem Civitate
Familiarum maximè ornati atq' distincti.
Præcipuum tamen sæpe dicti Nobilis Laurentii
Roseau decus et ornamentum consistit in sua
ipsius virtute et indole, sublimius elevari me:
rente, in egregia dexteritate ac industria tra:
ctandis maximi momenti negotiis pari: in
ingenua demum fidelitate, ac integritate,
quibus cum in munere Consulatus sui operam
diligentiamque suam Nobis et nationi Polo:
næ laudabiliter probavit. Quare his aliisque
motivis legitimè expensis Nos, quibus semper
justa meritorum ponderatio esse solet, præfa:
datum toties Nobilem Laurentium Roseau
peculiari Privilegio decorandum suscepimus.
animo scilicet bene deliberato, maturoq' acce:
dente Consilio de plenitudine potestatis Nostræ
Regiæ faciendum esse duximus: ut præfatos

Nobiles Laurentium Rosau et Mariam con-
juges legitimos, omnesq; et singulos eorum
Liberos, hæredes, Posteros, ac descendentes legiti-
mos utriusq; Sexus æterna serie nascituros
Successores, veros Barones et Baronissas
crearemus, insigniremus, et declararemus,
prout creamus, insignimus et declaramus
atq; hunc Titulum Baronatus Regni Polo-
niæ et Magni Ducatus Lithuaniæ damus et con-
ferimus ijdem per præsentes; idq; perpetuo
et in avum decernentes, Eosdem cum universa
prole ac Posteritate legitima utriusq; sexus,
Titulum, nomen, ac Dignitatem Baronum
perpetuis deinceps temporibus habere et
obtinere; eoq; tam in Literis, quàm nuncu-
pativa verbali in rebus Spiritualibus et tem-
poralibus, Ecclesiasticis et profanis appellari
et honorari, ac denique omnibus et singulis
honoribus, ornamentis, Dignitatibus, Liber-
tatibus, Privilegiis, Juribus, Indultis, Consue-
tudinibus Prærogativis libere, et citra cujus
libet impedimentum, uti, frui, potiri, et gau-
dere posse ac debere, quibus cæteri Barones
utuntur et gaudent de consuetudine vel de
Jure: non obstantibus in contrarium facienti-
bus quibuscunq; etiamsi talia forent, de qui-
bus in præsenti specialis et expressa mentio
fieri deberet, quibus per præsentes scienter
et authoritate Nostra derogamus, et suffici-
enter derogatum esse volumus. Quo autem

pro majore

pro majore solatio recens à Nobis creatorum
Baronum clarum nomen suæ Gentis de Delden-
heim morte ejus jam extinctum, rursus resu-
scitetur, et reviviscat, istud idem Gentis suæ no-
men, nomini suo Paterno adjici, omnesq; et
singulos ex hac Familia utriusq; Sexus Barones
et Baronissas Nostras de Deldenheim nomina-
ri et appellari semper et ubiq; permittimus
atque jubemus. Insuper Avitum ejusdem
Familiæ Stemma condecorandum et amplian-
dum esse duximus, condecoramusq; et am-
pliamus in hunc modum, ut totum hoc
Stemma septem spatiis seu divisionibus con-
stituatur. Prima quidem à dexteris et ul-
tima à sinistris divisione continebitur
Insigne Paternum, idest, duæ Summitates
muri sive Turris eminebunt, in campo, di-
midia superiore parte, aureo, et dimidia
inferiore rubro, Secunda à dextris, et sexta
divisione à sinistris, ponetur Stemma su-
pe memoratæ Gentis, scilicet in campo au-
reo conspicientur duæ trabes seu Columnæ
lignea erectæ coloris rubri, septem Insulis
rubei pariter coloris interjacentibus distin-
ctæ, ita ut dextrum latus duæ, medium
earum Columnarum tres, sinistrum latus
duæ rursus Insulæ occupent, dimidio Leone
cum expertis faucibus supra eandem Columnas
sursum commitente. Tertia et quinta divisione

Stemma similiter ejusdem Aviæ collocabitur videlicet in campo totaliter ceruleo tres aureæ eaforma ſ: qua fuit Crux S. Andreæ / Crucet conspicientur. Quarta autem seu inter has omnes media divisione erunt alæ gemine Polonæ albæ Aquilæ, in Campo rubro ad volandum erectæ et extensæ, secum invicem circa brachia cohærentes, Quas Nos in præsentiarum avitis suis Insignibus benigniter superaddimus. Immediate supra has septem Divisiones conspicietur Corona aurea, quam pariter Nos prædictis Armis insignium singularis benevolentiæ Nostræ adjicimus. In Summitate autem ipsa totius Stemmatis eminebunt primo Paternum modo dicti Baronis Scutum et Cassis, deinde Polona Corona aurea; postremo supra Coronam duo cornua Babali dimidia inferiore parte coloris rubri, et dimidia superiore coloris aurei. Quemadmodum hic totum istud Gentilitium Insigne cum omnibus suis divisionibus Pictoris industria conspicuè delineatur et exprimitur. Damusq; eidem nobili Familiæ Laurentio et Mariæ Baronibus Rosau de Deldenheim cum omnibus et singulis Ipsorum legitimis Descendentibus masculis et Feminis plenariam potestatem hæ Baronatus sui arma et Insignia ubique Terrarum quovis tempore et occasione Pacis et belli, in seriis et jocis, cunctisq; actibus et exercitiis decentibus

præser:

præsertim verò Generosis certaminibus hastiludiis aliisq; exercitiis equestribus privatis et publicis in Scutis et Vexillis, tapetibus, tentatoriis, annulis, Sigillis, mobilibus, Clenodiis, in Ortis, fenestris, parietibus, et ædificiis, cumctaq; etiam Supellectili, quomodocunque libuerit, Jure et more cæterorum Baronum, libere absque Contradictione cujusvis gestandi, affigendi et exprimendi, atq; ijsdem cum tota posteritate sua, tam Sacris quàm profanis in locis et Officiis gaudendi et fruendi temporibus perpetuis - Quod omnibus quorum interest præsertim verò Principibus Ecclesiasticis et Secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis et Officialibus Civitatum, Communitatum quarumcunq; Præsidibus, Gubernatoribus, magistratibus omnibus in universum cujuscunq; Ordinis, Conditionis et Præeminentiæ exterarum Gentium fuerint, ad notitiam deducentes, Jure Gentium innixi constanter requirimus: Dignitariis verò Officialibus ac Toti Nobilitati Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ cæterarumq; Ditionum nostrarum firmiter notum esse volentes mandamus, ut prænominatos Laurentium et Mariam Conjuges, Ipsorumque de Lumbis legitimos Successores utriusq; Sexus Barones Rossau de Delden-heim in dicto Baronatus gradu, ordine et

dignitate permanere, omnibusq; et singulis
præeminentiis, Prærogativis, immunitatibus
exemptionibus, gratiis et favoribus, Baroni-
bus de Jure et consvetudine servientibus, ex
hoc Diplommate nostro concessis, libere,
quiete et absq; ullo impedimento, uti frui
et gaudere sinant et manuteneant, atque
alios, ne quid contrarium attentent vel mo-
liantur, pro viribus impediant et defendant.
In quorum fidem hoc Diplomma manu
nostra propria subscriptum Sigillo majes-
tatis nostræ communiri jussimus. Datum
in Regia nostra Varsaviensi, sub tempus
generalium comitiorum Regni Die IV. Men-
sis Octobris Anno Domini MDCCLIV. Re-
gni vero nostri XXV. Anno. Præsentibus
Reverendissimo, Admodum Rdis, Reverendis, Illu-
stribus, Magnificis, Venerabilibus, Generosis,
Adamo Comite in Lipstow et Orawa Korno-
rowski Gnesnensi Legato nato, Regni et
M. D. Litt. Primate Primoq; Principe, Ni-
colao Ignatio Wyzycki Leopoliensi Archi-
Episcopis, Andrea Załuski Cracoviensi, Duce
Severiæ, Antonio Dembowski, Cujaviensi,
Theodoro Czartoryski Posnaniensi, Josepho Szem-
bek Plocensi, Adamo Grabowski Varmiensi,
Venceslao Sieradowski Premisliensi, Antonio
Tyszkiewicz Samogitiæ, Adalberto Leski
Culmensi, Valentino Wężyk Chełmensi, Nicolao
Dembo.

Dembowski Camenecensi, Georgio Hilzen
Smolensciæ Episcopis, Stanislao Poniatowski
castellano, Joanne Clemente Branicki Palatino
Cracoviensibus, Supremo Exercituum Regni
Duce, Stephano Zarczynski Posnaniensi:
Michaële Duce Radziwill Vilnensi, Supre-
mo Exercituum M.D. Litt.e Duce, Joanne Ur-
lopolski Sandomirien.s Palatinis: Michaele
Mniszchi Castellano Vilnensi, Exercituum
M.D. Litt.e Campi Duce, Augusto Dzialynski
Calisiensi, Alexandro Ponicy Trocensi: Ale-
xandro Szembek Sieradiensi Palatinis, Tha-
deo Oginski Castellano Trocensi, Josepho
Walewski Palatino Lanciciensi, Josepho Tysz-
kiewicz Capitaneo Samogitiæ, Antonio Dąbski
Brestensi Cujaviensi: Stanislao Potocki Ki-
joviæ, Vladislao Szoldrski Inowladislavien-
si, et Majoris Poloniæ Generali Projecto: Au-
gusto Alexandro Duce Czartoryski Russiæ et
Terrarum Podoliæ Generali Projecto, Severino
Rzewuski Volhyniæ, Venceslao Rzewuski
Podoliæ, Exercituum Regni Campi Duce, Petro
Sapieha Smolensciæ: Antonio Lubomirski Lu-
blinensi, Alexandro Sapieha Polocensi, Antonio
Potocki Belzensi: Georgio Duce Radziwill No-
vogrodensi, Nicolao Podoski Plocensi, Josepho Do-
boyna Sobolew Vitebscensi, Casimiro Rudzinski
Masoviæ, Michaële Rzewuski Podlachiæ, Sta-
nislao Jablonowski Ravensi, Carolo Sapieha

Brestensi Lithvaniæ, Sigismundo Kretkowski Culmensi, Ignatio Sapieha Mscislaviensi, Petro Przebendowski Mariæburgensi, Stanislao Swidzinski Bracslaviensi, Jacobo Narzymski Pomeraniæ, Joanne Caba Minscensi, Francisco Szembek Livoniæ, Petro Miaczynski Czerniechoviensi Palatinis, Melchiore Jurowski Posnaniensi, Antonio Ozolinski Sandomiriensi, Andrea Zaluscewski Calisiensi Francisco Czerny Voynicensi, Casimiro Rychtowski Sieradiensi, Josepho Pac Samogitiæ, Paulo Dabski Brestensi Cujavien., Nicodemo Weronicz Kijoviæ, Georgio Zaczynski Leopoliensi, Adamo Leduchowski Volhyniæ, Michaele Los Camenecensi, Stanislao Burzynski Smolensciæ, Josepho Wolski Lublinensi, Josepho Komorowski Belzensi: Deodato Mostowski Plocensi, Simone Syrac Vitebscensi, Antonio Miaczynski Podlachiæ, Feliciano Trzcinski Ravensi, Joanne Chreptowicz Brestensi in Lithvania, Stanislao Konarski Culmen. Joanne Zabiello Mscislavien.: Jacobo Zboinski Elbingensi, Petro Branicki Bracslaviensi, Joanne Grabowski Sedlecensi, Michaele Judycki Minscensi, Joanne Hilzen Livoniæ, Josepho Cieszkowski Czerniechoviæ Castellanis, Francisco Bielinski Regni, Ignatio Oginski M.D.Lith. Supremis Marschalcis, Joanne Malachowski Regni, Friderico Michaële Duce Czartoryski

mDLitt.

m.D.Litt.e Supremis Cancellariis, Michaele
Wodzicki Decano Cathedr.ali Regni, Michaele
Antonio Sapieha m.D.Litt.e Procancellariis.
Carolo Odrowąż Sedlnicki Regni, Georgio Fle-
ming m.D.Litt.e Supremis Thesaurariis, Geor-
gio Mniszech Regni, Januario Duce San-
guszko m.D.Litt.e Marschalcis Curiæ.
Adamo Krasinski Regni, Antonio Wodzicki
m.D.Litt.e Supremis Secretariis, Josepho Zalu-
ski Abbate Commendatario Uchocensi Regni,
Josepho Sapieha Coadjutore Episcopo Vilnensi,
m.D.Litt.e, Adalberto Sieniawski Regni, An-
tonio Przezdziecki m.D.Litt.e Supremis Re-
ferendariis, Casimiro Poniatowski Regni, Jo-
anne Mniszech m.D.Litt.e Supremis Lucu-
merariis Antonio Kossowski Curiæ Regni The-
saurario, Hieronymo Duce Radziwiłł Supremo
m.D.Litt.e Vexillifero, Carolo Gonzaga Marchione
de Wielopolie Myszkowski Generali Cracovi-
ensi Præfecto Regni, Ulrico Duce Radziwiłł
m.D.Litt.e Supremis Stabuli Præfectis, Carolo
Duce Radziwiłł Ensifero m.D.Litt.e: Bernardo
Gozdzki Regni, Josepho Sołowski m.D.Litt.e Culinæ
Præfectis, Augusto Moszynski Regni, Josepho
Jablonowski m.D.Litt.e Dapiferis: Francisco Sa-
lesio Sołtyk Incisore Regni, Stanislao Lubomir-
ski Regni, Josepho Lubomirski m.D.Litt.e
Subdapiferis: Hieronymo Wielopolski Regni
Ludovico Ostrorog m.D.Litt.e Pincernis

Stanislao Duce Czartoryzki Supremo Regni
Venatore, Ladislao Lubinski Decano metro-
politano Gnesnensi, Abbate Commendatario
Paradiziensi, Regni, Ignatio Massalski Cano-
nico Vilnensi, Constantino Platter. Antonio
Pac, Michaële Wazynski m.D.Litt.e notariis
Francisco Rzewuski Regni, Michaele Oginski
M.D.Litt.e Notariis Campestribus: Henrico
Comite Brühl Regni, Antonio Dowoyna
Sołtchub m.D.Litt.e Supremis Rei Tormen-
tariæ Præfectis: Procopio Lipski Castrorum
Regni, Leonardo Pocięy Castrorum m.D.Litt.e
Supremis metatoribus: Stanislao Lubomir-
ski Regni, Ludovico Pocięy m.D.Litt.e Su-
premis Excubitoribus, Josepho Osolinski
Regni, Joanne Krasicki m.D.Litt.e Cur.æ
Vexilliferis, Georgio Mirowski Canonico
Cathedrali Cracov. Coronarum Regni Custode
Michaele Fuski Regni majoris, Stanislao
Piotr Lithuaniæ majoris, Josepho Dunin
Karwicki Regni minoris, Suchodolski Lit.æ
minoris Cancellariæ Regentibus: Valerio
Kicinski Supremo Thesaurii Cur.æ Regni
notario, Antonio Brzozowski Regni, Jedcone
Jelinski m.D.Litt.e Decretorum Notariis
ceterisq; quàmplurimis Dignitariis, Officialib.q
Aulicis et Secretariis nostris. Diploma
Baronatus Nobili Laurentio Rosau de
Deldenheim Consuli Regni et Nationis Polonæ
in Civitate

in Civitate Burdegala in Gallis et Mariæ de Polet conjugibus. Augustus Rex. Locus Sigilli suæ Majestatis. Joannes Kłosowski Canonicus Cathedralis Premisliensis Secretarius Regni. Quas ejusmodi Literas Originales Pargameneas sicut præmissum per Oblatam porrectæ Nos ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptæ Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Ordinat Specialem Plenipotentem Magnificus Joannes Clemens Branicki Palatinus Cracoviensis, Supremus Dux Exercituum Regni.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus Regiæ Cancellariæ nostræ minoris comparens personaliter magnificus Joannes Clemens Branicki Palatinus Cracoviensis Supremus Dux Exercituum Regni, sanus mente et corpore existens recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quòad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam liberè ac benevolè recognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse Generosum Franciscum Kłosowski in suum verum, legitimum, Spe-

cialem et indubitatum Plenipotentem
fecit, constituit et solenniter ordinavit,
prout quidem præsentibus facit, constituit
et solenniter ordinat. Itaque ad Triennium
integrum ab Actu præsenti computando.
Dans et concedens eidem Speciali Plenipo-
tenti suo plenariam facultatem, omnimo-
dam et generalem potestatem, Causas suas
generaliter omnes et singulas tam ex A-
ctoratu quam Reatu in quovis Subsellio
majori sive minori Regni cujuscunque
Terræ et Districtus etiam Tribunalis Re-
gni Petricovien^{s} seu Lublinen^{s} tum et Ra-
domien^{s} habitas et habendas, institutas
et instituendas, cum quibusvis Personis oc-
casione cujusvis negotii modo quovis in-
tercedentes promovendi, agendi et defenden-
di, Exceptiones quasvis Juridicas inferendi,
Juramenta^{q} deferendi, et auscultandi. De-
creta quævis pro parte sui Recognoscentis
obtinendi, et acceptandi, seu a gravaminosis
ad majus Subsellium appellandi et moven-
di, Appellationes et Motiones prosequendi
pœnas quasvis pecuniarias levandi, delevatis
quietandi, Cessiones Roborationes^{q} quasvis
nomine sui Recognoscentis faciendi, Execu-
tiones et Intromissiones in Bona urgendi,
ceteraq^{z} omnia et singula pro Terminorum
et Causarum exigentia, Specialem Plenipo-
tentem

tentem concernentia in rem sui Recognoscen:
tis agendi et exequendi. Cavens et promittens
id totum quidquid per memoratum Procuratorem
inscriptum Plenipotentem suum actum, ge:
stum, constitutumq; fuerit se Recognoscen:
tem et Successores nos Sanguinis pro rato,
firmo ac irrevocabili suscepturos. Hac sua
personali Recognitione ad premissa medi:
ante. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. Joannes Comes Branicki
Palatinus Crā Dux Exer Regni. Quam ejus
modi Plenipotentiam sic ut premissum facta
et Recognitam, nos firmam ac de jure validā
haberi volentes, eandem ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descripti,
Parti postulanti authentice extradi permi:
simus. In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
post Festum Præsentationis
Bmæ Virginis Mariæ pro:
ximâ Die silicet Vigesimâ
Quartâ mensis Novembris
Annō Domini Millesimō
Septingentesimo Quinquage:
simo Octavō. Regni verò No:
stri XXVI. Annō.

Ad Relationem Illustrmi Excellmi
et Rmi Dni Procancellarii Regni cujus supra.

Inscribit Summam 9000. Florenorum
Polonicalium Generosus Mniszech Succa-
merarius M.D. Lith. Generosis Francisco
et Michaëli Petryłowskim Fratribus.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis praesenti-
bus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Mi-
noris comparens personaliter Generosus Joan-
nes Comes de Magna Konczyce Mniszech
Succamerarius M.D. Lith. Javoroviensis,
Szczurowecensis &c. Capitaneus, sanus mente,
et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et
Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad
infrascripta recognoscenda attinet, se se sub-
jiciendo et incorporando palam, liberè ac
benevolè recognovit, et praesentibus recogno-
scit. Quia Ipse in et super Bonis suis pro-
priis generaliter omnibus hæreditariis et
praecipue Demblin nuncupatis in Palatinatu
Sandomiriensi sitis et jacentibus, Summam
Novem Millium Florenorum Polon. monetæ
in Regno currentis, in Aureis Hungaricali-
bus justi ponderis, quemlibet Aureum flore-
nis Octodecim Polonicalibus numerando Gene-
rosis Francisco et Michaeli Petryłowskim
Fratribus germanis, eorumque legitimis Suc-
cessoribus inscribit, eandemq' Summam co-
ram Actis Castrensibus Sandomiriensibus

in et pro

in et pro Festo Sancti Martini Pontificis et
Confessoris in Anno videlicet Deodante venturo
Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo
Nono, una cum provisione per Sex à cento inter
se constituta, solicturum se Submittit declarat
et obsecurat. Idque sub vadio similis Summae
Novem millium Florenorum Polon. in casum
Contraventionis et non prestitae Satisfactionis
irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem
Vadio rex ipsa principali Citatus existens
coram Officio Castrensi Sandomiriensi suis
cum Successoribus praecisis omnibus dilato-
nibus, protelationibus et diffugiis Juris, pe-
remptorie respondebit. Hac sua personali Re-
cognitione ad premissa mediante. Alias infor-
ma Inscriptionis de Jure plenissima firmis-
sima et perfectissima. Pro majori vero firmi-
tate manu propria se subscripsit. Joannes
Mniszech Sac. Mag. Dūs Litt. mp. Quam ejus
modi Inscriptionem sic ut premissum facta
et Recognitam, Nos firmam ac de Jure vali-
dam haberi volentes, eandem ac acta pre-
sentia suscipi, inscribi, et ejusdem fideliter
descripti Parti postulanti Authentice ex-
tradi permisimus. In quorum fidem &c. Ac-
tum Varsaviae ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ Tertiâ
ante Festum Sancti Andreae

Apostoli proximâ Die scilicet
Vigesima Octavâ mensis
Novembris Annô Domini Mille-
simo Septingentesimo Quin-
quagesimo Octavô. Regni
verò Nostri Anno XXVI.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et
Rmi D. Procancellarii Regni ut supra.

Inscribit Plenipotentes Magnificus Caro-
lus Sedlnicki Supremus Thesaurarius
Regni.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesenti-
bus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ mi-
noris comparens personaliter Magnificus
Carolus Odrowąż Comes Sedlnicki Supremus
Thesaurarius Regni Nostri, sanus mente
et corpore existens, recedendo à Foro, Terris
et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quò ad infrascripta recognoscenda attinet,
sese subjiciendo et incorporando, palam, libe-
rè ac benevolè recognovit. Quia ipse Jnôtes
Joannem Sołdnicki, Thesaurarium Raven-
sem, Joannem Rymowski Pincernam Terræ
et Regentem Vielunen^s, Adalbertum Sza-
motki Thesaurarium Terræ Varsaviensis,
Josephum sive alius nominis Mielorski Came-
rarium Terrestrem Gostinen^s, Casimirum

Arg:

Trębocki, Antonium Ziembinski Subdelegatos
Castrenses Cracovienses, Adalbertum Awedyk,
Joannem Nepomucenum Herba Biecenses
Antonium Uminski Sandomirienſem, Anto:
tonium Wroblewski Neocorczynenſ, Stanisla:
um Olearski Severiensem itidem Castrenses
Subdelegatos, Paulum Zaleski, Sebastianum
Chęciński, Josephum et Augustinum Kisle:
wiczow, Florianum Sołtykowicz, Nicodemŭ
Szpakowski et Paulum Sutkowski in suos
veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes
eligit, constituit, inscribit ac solenniter ordinat.
Dans et concedens ipsis tamŏ divisim quam
conjunctim plenariam facultatem, omni=
modam absolutamque potestatem Causas
suas Judiciarias generaliter omnes et sin:
gulas cumquibusvis Personis occasione
cujusvis negotii in omni Judicio et Officio
Regni majoris sive minoris Subselliĭ cu:
juscunque Terræ et Districtŭs etiam Tribu:
nalis Regni Petricovienſ sive Lublinenſ
tam ex Actoratu quam et reatu habitas et
habendas, institutas et instituendas promo:
vendi, defendendi, jure tuendi, comparitio:
nes inscribendi, Decreta suscipiendi, ac contra,
viŭ appellandi seu movendi, appellationes
et motiones prosequendi, Juramenta au=
scultandi, pœnas Judiciarias levandi, de

levatis

levatis quietandi, Intromissiones in Bona
offerendi et apprehendendi, Executiones ur-
gendi et attentandi, Arresta imponendi, cete-
raq; pro Causarum et Terminorum exigentia
peragendi et exequendi. Idque ad Triennii
integrum ab Actu presenti computando. Ca-
vens et promittens id totum quidquid per
memoratos Generosos suos Plenipotentes a-
ctum, gestum, constitutumque fuerit, pro
rato, firmo, ac irrevocabili se Recognoscente
et Successores suos Sanguinis suscepturos.
Hac sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori vero firmitate ma-
nu propria se subscripsit. Carolus Odrowąż
C. Sedlnicki Primus Ord. Thesaurarius.
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut pre-
missum factam et Recognitam nos firman
ac de Jure validam haberi volentes eandem ad
Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijdem
fideliter descriptam Parti postulanti Authen-
tice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ &c. ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô
in Vigilia Festi Solemnis Na-
tivitatis Domini Nostri Jesu
Christi Die vicesima
Octavâ Mensis Decembris
Annô Domini Millesimô
Septin-

Septingentesimo Quinquage:
simo Octavo. Regni vero Nostri Anno XXVI.
Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Dni Pro Cancellarii Rni ut sup

Inscribunt sibi mutuam Advitalitatem
Mgri Platerowie Palatini Mscistavienses.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis praesen-
tibus Metrices Regni Cancellariae nostrae
Minoris comparentes personaliter Magni:
fici Constantinus Ludovicus de Brühle Plater
et Augusta de Oginskie Conjuges Palatini
Mscistavienses, sani mentibus et corporib⁹
existentes, recedendo à Foro, Terris, et Juris:
dictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo
ad infrascripta recognoscenda attinet, sese
subjiciendo et incorporando palam, libere,
ac benevole recognoverunt et praesentibus
recognoscunt. Quia Ipsi sibi mutuo et
abinvicem mutuam Advitalitatem et reu:
procum usum ac fructum omnium et
singulorum Bonorum tàm in Regno
Poloniae, quàm Ducatibus Lithvaniae
et Livoniae, jacentium Paternorum
et Maternorum, hereditariorum
et obligatoriorum, mobilium et im:
mobilium, habitorum et habendorum

ac exposst favente Divina Gratiâ acqui:
rendorum sive devolvendorum, sum:
marumque quarumvis pecuniariarũ
habitarum et habendarum, inscriptarũ
et inscribendarum, ac ubivis locorum
et in deposito existentium, auri, ar:
genti, Clenodiorum, Vestium, vesti:
mentorum et omnis generis ac spe:
ciei Supellectilium, equorum, pecu:
dum et pecorum ac Equirei ad extre:
ma duntaxat vitæ sue tempora
inscribunt et assecurant tali videlicet
modo: Quod si et inquantum prius
Magnificam Consortem Recognoscen:
tem, quam Ejus Magnificum Mari:
tum pariter Recognoscentem de hac
luce decedere contigerit, extunc præ:
dictus Magnificus Maritus Superstes
existens omnia et singula Bona mo:
bilia et immobilia, Summasq; quavis
pecuniarias, cum omnibus eorundem
Bonorum Summarumq; quarumvis
pecuniariarum utilitatibus, usibus
fructibus, proventibus, commodis et
quibusvis emolumentis ac obventi:
onibus tenebit, habebit et possidebit
illisq; utifruetur ad extrema vitæ sue

tempora

tempora sine ulla Successorum Su:
prædicta Magnifica Consortis sua
contradictione et impedimento. Post
fata vero prædicti Magnifici Mariti
Bonahæc omnia et singula, Summæq;
quævis pecuniariæ ad Successores ejus-
dem Magnifica Consortis vita functa
devolventur, devolviq; debent. Pariq; quo:
que ratione quod si et in quantum
Supradictum Magnificum Maritum
Recognoscentem, quam ejus Magnifi:
cam Consortem prius fatis decedere
contigerit, extunc prædicta Magnifica
Consors Recognoscens in vivis exi=
stens, Bona omnia et singula mobilia
